
This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books


<https://books.google.com>



5329

256

€





CAROLI A LINNÉ
SYSTEMA
NATURÆ.

TOM. I. PARS III.

Tom. I. Pars III.

xix

C L A S S I S I I I .

A M P H I B I A .

Ferrilia sunt opera Tua, o Domine!

In multitudine virtutis Tuae Te metientur contemptores Tui.

NUDA pleraque, frigida æstuantium animalia corde uniloculari, uniaurito, pulmonibus (primi ordinis) arbitrariis, pene (secundi ordinis) duplici, maxillis mobilibus, dignoscuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Cute nuda, multa Colore lurido, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco squalido, pauciora Veneno atroci, Angula Sceleti cartilagineo, Vita tenaci, Vi partes amissas reproducendi vivacissima instructa, ex ovo nata.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque concessit: Aliis *Metamorphosin* subire, aliis *Senectam* exuere, aliis in sicco humidoque promiscue vivere, aliis dimidio anno *hæmare*, aliis *prædam nisu astute* assequi, aliis *fascino* quasi eandem in faucem revocare.

REPTILIA pedata, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex structura agunt; *Testudines* muniuntur Testa, *Dracones* evolant Alis, *Lacertæ* fugiunt Pedibus, *Ranæ* absconduntur Loco, nec omnes Veneno profus carent, ut *Gecko* & *Geitje*.

SERPENTES apodes a Piscibus separant Pulmões, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum ministerio expertes, omnium injuriæ expósitos, armavit Natura conservatrix suis armis, horrentibus execrabili Veneno, pessimorum pessimo, in diversis diverso. Sunt autem hæc *Tela* dentibus simillima, sed extra maxillam superiorem collocata, proque lubitu exserenda & retrahenda, sacculo affixa saniei, quam vulnere instant in sanguineum, tum diri effectus causam, ceterum inertem; sicque *Catonia* hæc morfu virus habent & fatum dentem minantur, pocula morte carent, prout solide *Redi*. Ne vero hi spoliati miserieque armis, quæ ipsis superessent, nimium sævirent, decimam quamque tantum speciem (♂) armavit imperans, sed versipelles eos voluit, ut dubii omnes

Xxx 2

metuerentur ab omnibus, at Beneficus Homini dedit Indis *Ichnemumonem* cum *Ophiorhiza*, Americanis *Suem* cum *Senega*, Europæis *Ciconiam* cum *Olea* & *Alcali*. Venenatos serpentes *Marsii Pfyllique* Arabiæ & Americæ excantant *Aristolochia* speciebus teste *Jacquinio* & *Forskählio*. v. *Amæn. acad.* 6. p. 1197.

DIAGNOSIS harum difficilis & ambigua; color solus fallacissimus, quem viva sæpius per annum & ætatem, mortua adhuc magis mutant; pictura minus infida; qui defumunt a Pedum succedaneis, *Scutis abdominalibus caudalibusque*, caveant, ne numerus alteri demtus alterique additus seducat, hinc juvat uterque connumeratus (*AÆ. Stockh.* 1752. p. 206.) illustrat etiam ab ano utrinque longitudo, cave vero, ne renata sit mutilata cauda.

AMPHIBIOLOGI omnium paucissimi.

Seba numero stupendo sibi ignota pulchre collegit & delineavit, sed multiplicavit, minimeque descripsit: *Catesby* nec paucos serpentes pulchrius delineavit, quam notavit, *Gronovius*, *Boddaert*, *Garden*, *Pallas*, *Pennant*, *Schlosser*, *Bloch*, *Hornstedt*, *Beireis*, *Schrank*, *Molina*, *Sparrmann*, *S. G. Gmelin*, *Lepechin*, *Blumenbach*, *Bloch*, *Cetti*, *Scopoli*, *Walbaum*, *Gottwald*, verum horum numerum auxerunt iis ex autorum descriptionibus & iconibus, utinam magis ex autopsia! defudavit *Laurenti*, feliciter *Boddaert*, in testudinibus ordinandis *Schneider*, in lacertis distribuendis *Houttuyn*, *Forskäl*, *Merck*, in serpentibus meliorem in ordinem redigendis *Boddaert* & *Weigel* laudabiliter navarunt operam; organismum, vocis præsertim in nonnullis instrumenta, egregiis observationibus dilucidavit zootomus princeps *Camperus*. a)

-
- a) Amphibia ossibus cartilagineis, circulatione tardiori, diaphragmatis defectu, auditu visuque acutissimo, tanto hebetiori, vesiculis pulmonum majoribus, hepate lobato, ductu cystico hepatico & pancreatico, ventriculo oblongo crasso, non transpirant, diutius abstemia, vita tenacioris, vi ablata reproducente majore instructa.

CARACTERES AMPHIBIORUM.

I. REPTILIA pedata.

119. TESTUDO. *Corpus testa munitum.*
 121. DRACO. *Corpus alis volatile.*
 122. LACERTA. *Corpus (testa alisque) nudum, caudatum.*
 120. RANA. *Corpus similiter nudum, ecaudatum.*

II. SERPENTES, apodes.

123. CROTALUS. *Scuta abdominalia & caudalia cum crepitaculo.*
 124. BOA. *Scuta abdominalia & caudalia sine crepitaculo.*
 125. COLUBER. *Scuta abdominalia; squamæ caudales.*
 126. ANGUIS. *Squamæ abdominales & caudales.*
 127. AMPHISBÆNA. *Annuli abdominales & caudales.*
 128. CÆCILIA. *Rugæ nudæ laterales.*

I. REPTILIA,

Os respirans pulmonibus.

Pedes quatuor.

Penis simplex.

119. TESTUDO. Corpus caudatum, lorica ossea aut coriacea superne & inferne, vel squamis superne obtectum.

Oris mandibula superior inferiorem pyxidum instar claudens.

* *marinæ, pedibus pinniformibus prioribus longioribus.*
coriacea. 1. T. testa coriacea, per longitudinem striata. *Schneid. Schildkr. p. 312. n. 4.*

Testudo pedibus pinniformibus muticis, testa coriacea, cauda angulis septem exaratis. *Syst. nat. XII. 1. p. 350. n. 1.*

Testudo coriacea. *Vandell. ad Linn. Pat. 1761. 4. Brit. zool. 3. p. 7. 8.*

Testudo coriacea f. mercurii, *Rondel. pisc. 445. Gesn. aq. 946.*

β) Testudo tuberculata. *Penn. act. angl. 61. 1. p. 275. t. 10. f. 4. 5.*

γ) Testudo. *Amoureux apud Rozier journ. de phys. 1778. Jan. p. 65. & Suppl. 13. p. 230.*

Habitat, rarior, in mari Mediterraneo, Atlantico.

Imbricata. 2. T. palmarum plantarumque unguibus binis, scutis laxè atque imbricatim incumbentibus. *Schneid. Schildkr. p. 309. n. 3. Leipz. Magaz. zur Naturk. 1786. 3. p. 258.*

Testudo pedibus pinniformibus, testa cordata subcarinata ferrata: scutellis imbricatis, cauda squamata. *Syst. nat. XII. 1. p. 350. n. 2. Gronov. zooph. 72.*

Caretta. *Knorr del. nat. sel. t. 50.*

Caret. *du Terr. ant. p. 229. n. 24.*

Testudo Caretta. *Raj. quadr. p. 258.*

Testudo marina americana. *Seb. mus. 1. p. 130. t. 80. f. 9.*

Haw. -bill Turtle. *Brown jam. p. 465. n. 1.*

Scaly Tortoise. *Grew mus. p. 38. t. 3.*

Schieferartige Schildkroete. *Walb. chelonogr. p. 46. 110.*

Habitat in mari Americano, Asiatico.

Corpus 2½ pollices longum, depressum, imbricatum; caput longius, quam caretta; lorica ovata, depressa, scuti costis tribus tenuibus, carinatis, interruptis, margine acuto, posteriori ferrato, squamis 34 inæqualibus plurimis pentagonis, quarum 13 discum, reliquæ marginem occupant; sternum, quale fere caretta.

Hæc præbet ex parte lamellas artificum.

Mydas. 3. T. palmarum unguibus binis, plantarum solitariis, testa ovata.

Schneid. Schildkr. p. 299. n. 1. t. 2. Testudo viridis.

Amæn. acad. 1. p. 138. Testudo unguibus acuminatis palmarum duobus, plantarum unico.

Mus. Ad. Frid. 1. p. 50. Testudo atra.

Gesn. quadr. 78. Testudo marina.

Aldr. quadr. 712. t. 714.

Olear. mus. 27. t. 17. f. 1.

Bradl. nat. t. 4. f. 4.

van Iperen Verhand. van Vlissingen 6. p. 620.

Forster it. 2. p. 194. 200.

6) *Seb. mus. 1. t. 80. f. 9. Testudo marina americana Mydas dicta.*

Amæn. acad. 1. p. 137. Testudo eadem.

Marcgr. bras. 241. Jurucuja brasiliensibus.

Raja. quadr. 256.

7) *Amæn. acad. 1. p. 287. n. 7. Testudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque solitariis.*

Mus. Ad. Fr. 1. p. 50. Testudo eadem.

Seb. mus. 1. t. 79. f. 5. 6.

8) *Walb. chelonogr. p. 82. 124. Testudo marina rostro anserino.*

9) *Walb. chelonogr. p. 85. 126. Testudo rostro gallinaceo.*

Testudines Persis detestata, crebra, jam in ovig, squalorum felium, lustrarum, accipitrum pelecatorumque prada, vermibus visitant, marinæ etiam fucis, in captivitate omnivora, tardissimæ, ut per mensem sæpe copula cohareant, in aère noctivo diutius aliis persistentes, vitæque adeo tenacis, ut capite etiam abscisso, per plures adhuc dies vivant, sterno aperto diu adhuc respirent; terrestres hieme in frigidioribus hibernant. Testa constat duabus laminis coadunatis. Superiore dorsali convexa, costis inædificata, obtecta scutellis disci 13, marginis 24; inferiore e sterno explanato, in maribus magis concavo, anterie obtuso, posterius emarginato, suturis in scutella diviso; apertura testæ anterior pro capite & brachiis, posterior pro cauda & femoribus. Similitudo structuræ in generalibus, varietas singularum specierum pro variæ ætate, cognitio plurium in variis vitæ periodis imperfecta difficilem reddit earum diagnosin, mancam historiam.

AMPHIBIA REPTILIA. Testudo.

2) *Walb. chelonogr. p. 88. 127. Testudinis marinae scutum ingens.*

Habitat ad pelagi insulas e. g. insulam Ascensionis, Auroræ, a testudinum multitudine denominatam, congenerum maxima, & robustissima, ut 600 librarum & majori adhuc pondere dorso imposito currat, tot hominibus, quot ei insistere possunt, onusta incedat; resupinata in mari dormiens natat, resupinata in terra non erigitur; ova numerosissima (ad 1000 quotannis) rotunda, membranacea in arena calcarea defodit; noctuque incubat; caro cum pinguedine viridescens, esculenta, nautis exoptatissima; scorbuticis, ut fertur, salutaris; sepiis & testaceis viciat. Testa olim pro scutis, fornicibus.

Scutella dorsalia fere lævia obsolete excavato-punctata; testæ apex bifidus; cauda testæ margine non longior; in aure interna neque officula auditus, neque cochlea, sed canales 3 semicirculares; varietas 7) videtur esse junior.

Caretta. 4. T. scutis dorsalibus postice gibbis, unguibus palmarum plantarumque binis. *Schneid. Schildkr. p. 303. n. 2. Syst. nat. XII. I. p. 351. n. 4. Testudo pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, testa ovata acute ferrata.*

Gron. zoophyl. I. n. 71. Testudo pedibus pinniformibus unguibus acuminatis geminis, rostro acuminato, testa ovata serrata, dorso tuberculato.

Gron. mus. 2. p. 85. n. 69. Testudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.

Brown jam. p. 465. n. 3. Logger-head Turtle.

Testudo marina Caouanna. Raj. quadr. p. 257.

Catesb. car. 2. p. 39. t. 39.

Rochefort antill. p. 249.

3) *Walb. chelon. p. 101.*

Habitat ad insulas maris Americani & Medterranei.

Caput mediæ magnitudinis, os amplius, rostrum longius & robustius, quam congeneribus; dorsum magis prominens, & gibbosum; testa crassa, eleganter picta; caro rancida, aphrodisiaca; lamellæ artificum partim ex hac desumptæ.

macropus. 16. T. scuto ovato carinato emarginato, pedibus maximis bifariam unguiculatis. *Walb. Schildkr. p. 112.*

*** fluviatiles, pedibus palmatis, testa cum sterno membrana juncta, & binis sterni processibus in medio utrinque fuita.*

- orbicula- 5. T. testa orbiculari planiuscula lævi.
ris. Testudo europæa. *Schneid. Schildkr. p. 323. n. 5.*
Gronov. zooph. p. 17. n. 73.
Marsigl. Danub. 4. t. 33. 34.
- β) Testudo punctata. *Mus. Gronov. p. 10. n. 93. Gotow.*
Schildkr. t. 12.
- γ) Testudo scabra. *Syst. nat. XII. 1. p. 351. n. 6.*
Habitat in Europa ad Borussiae usque.
Margo testæ in jemina integerrimus, superficie magis lævis;
mari scutum subconvexum cum capite albidum, strüs
exiguis nigris exaratum, posterius multo minus emargi-
natum, quam feminae, scutella elevatius striata, dor-
salium nonnulla media subcarinata; sternum magis af-
perum, modice sinuatum fuscum; hoc feminae flavescens;
cutis etiam colli pedumque flavis maculis magis varia.
- membra- 17. T. pedum unguiculis tribus, testa dorsali membranacea.
nacea. ovata grisea striata. *Blumenb. Naturg. p. 257. n. 1.*
Schneider Schildkr. t. 1.
Habitat in mari Gujanam alluente, exilis; an a carti-
laginea vere diversa?
- triunguis. 18. T. pedum unguiculis tribus, dorfi disco rugoso orbiculato,
limbo depresso lævi, naribus in cylindrico elevato
& ultra caput prominente. *Forsk. Fn. arab. p. 9.*
Habitat rarior in Nilo, nonne eadem cum membranacea?
- cartilagi- 19. T. testa orbiculari membranacea, in dorso striata, pe-
nea. dum unguibus tribus, naso cylindrico prolongato. *Bod-*
daert Berlin. Naturf. Fr. Schrift. 3. p. 265.
Schneider Leipz. Magaz. zur Naturk. u. Oekon. 1786. 3.
p. 263. t. 2. Testudo Boddaerti.
Rarior species: Caput depressum; labia lata lutea, supe-
rius sursum, inferius deorsum revolutum; apertura oculi
horizontalis; palpebra superior inferiore latior; scutum
granis elevatis asperum: margine partis emarginatae
revoluto; pars anterior scuti medio convexa posterius
plana & depressa; scutella neque in scuto, neque in sterno,
hoc anterius æque longum, ac scutum dorsale; pedum
digiti 5.
- ferox. 20. T. testa cartilaginea ovata, pedum unguibus tribus, nari-
bus tubulatis prominentibus. *Penn. ad. angl. 61. 1.*
n. 32. p. 266. t. 10. f. 1-3. Schneid. Schildkr. p. 330.
Habitat in fluviis Americæ australis Savanna & Alatomaha,
etiam in fluviis Floridæ orientalis, ad 70 libras ponde-

AMPHIBIA REPTILIA. Testudo.

rosa, 20 pollices longa, 14 $\frac{1}{2}$ lata, carne delicatiori, quam testudinis Mydæ. Ferox & mordicus se defendens. Caput subtrigonum, antrorsum angustatum, versus posteriora dilatatum; collum longum & crassum; oculi contigui, palpebris latis, laxis, pupilla angusta, iride citrina; maxilla utraque ex osse unico; labium superius inferiore latius; nasus talpæ rostro similis, sed mollis, tenuis, pellucidus, cartilagineus; brachia crassa, robusta, cum manibus cute laxa plicata obscure virente tecta; manuum digiti 5, digitis 2 spurii adhaerenti; plantæ similes, digita tamen spurio unico, & albidis; cauda crassa lata, pollicem infra anum exoriens, posteriori scuti dorsalis partem longitudine æqualis. Scutum dorsale ex atro fuscum; virescente tinctum, medio osseum, ad latera cartilagineum & flexile; posterius & anterius tuberculis glabris oblongis conspersum, subtus eleganter albidum, venosum; sternum egregie albidum, anterius cartilagineum, 2-3 pollices ante scutum dorsale prominens, posterius osseum, ephippii figuram referens.

scabra. 6. T. capite glabro discolore, scuto ovali demisse convexo excelsè carinato scabro.

Testudo verrucosa. *Walbaum chelonogr. p. 116.*

Corpus digiti minoris longitudine, cute verrucosa, squamis hinc inde conspersa; scutum ovale 22 lineas longum, & 15 $\frac{1}{2}$ latum, ~~anterius modice retusum~~, in ambitu convexum & crenatum, posterius rotundatum, humiliter ferratum, & denique emarginatum, superficie squamis angulosis; verrucosis vestita.

squamata. 21. T. corpore ovato superne una cum collo cauda & pedibus squamato, inferne lævi & molli. *Schneid. Schildkr. p. 340. Bont. jav. 82.* Testudo squamata.

Habitat in Javæ fluviiis, ad ripas cuniculos agens, carne sapidissima, per lacertam orbicularem testudines cum lacertis jungens, pisces venans.

Caput exiguum serpentis; oculi parvi, mobiles; dentes acuti; squamæ caput versus minores.

lutaria. 7. T. cauda corpore dimidio breviorè, testa planiuscula: postice tribus scutellis carinata.

Ainæn. acad. 1. p. 139. n. 23. Testudo unguibus acuminatis palmarum plantarumque quaternis.

Raj. quadr. 254. Testudo aquarum dulcium s. lutaria.

6) Testudo tubulata. *Walb. chelonogr. p. 122?*

7) Testudo campanulata. *Walb. chelonogr. p. 124?*

Habitat in lacubus ad ripas fluviorum Tanais, Volgæ, Uralis, Lawbe, ad Kirgificos, Indicos, & alios Orientis.

Palmae magis palmatae; plantae minus. Sternum postice truncatum.

scorpioides. 8. T. palmarum unguibus quinis, plantarum quaternis, fronte callosa triloba, cauda unguiculata.

Habitat Surinami.

Testa nigra, ovali-oblonga, dorso quasi angulis 3 obsoletis, scutellis dorsi figura clypeorum nobilium; caput anterius tectum callo, qui posterius trilobus est; plantarum digitus extimus muticus; unguis acuti, caudae incurvus.

Hermanni. 22. T. pedum unguibus quaternis, caudae apice unguiculato. *Schneid. Schildkr. p. 348.*

Longitudo pedis dimidii. Lorica ex flavo nigroque varia convexa; marginis scutella 24, quorum 2 postrema magis convexa reliquis prominent; dentes nulli; plantae elephantis pedibus similes; unguis caudae osseus, incurvus, $\frac{1}{3}$ pollices longus.

carolina. 11. T. pedibus digitatis, testa gibba, cauda nulla.

Testudo pedibus digitatis, calloso-squamosis, testa ovali subconvexa, scutellis planis striatis medio punctatis.

Gronov. zooph. 17. n. 77.

Testudo tessellata minor caroliniana. Edw. av. 205.

Seb. mus. 1. t. 80. f. 1. Testudo terrestris major americana.

Habitat in Carolina, media inter hanc & tertiam tribum, pedibus ad hanc accedens.

Caput subobtusum, squamis callosis obtectum; scuti incisura anterior lunata; margo acutus; scutella lata, plana, margine striata, medio excavato-punctata; sternum anterius truncatum, posterius bifidum: Pedes squamis rotundis tecti, anteriores unguibus 5, posteriores 4 acutis, robustis.

palustris. 23. T. testa depressa, unguibus palmarum quinis, plantarum quaternis. *Brown jani. p. 466. n. 4.*

Habitat in Jamaicae aquis stagnantibus, in pratis vicum quaerens, 8-9 pollices longa.

Corpus depressum, ovale.

caspica. 24. T. testa orbiculari, palmarum unguibus quinis, plantarum quaternis, capite squamato, cauda nuda. *S. G.*

Gmelin it. 3. p. 59. t. 10. II.

AMPHIBIA REPTILIA. Testudo.

Habitat in Hircaniæ aquis dulcibus, interdum adeo increffens, ut nonnulli homines scuto infistere possint.

Scutum ultra 8 pollices longum & ultra 7 pollices latum, convexum, ex nigro & viridi varium; marginis scutellis 25 superficie parallelogrammis; disci 5, subquadratis, futuris scutellorum confluentibus nunc rectilineis, nunc curvilineis; sternum ultra 7 pollices longum, & ultra 3 pollices latum, glaberrimum, nigricans, albo-maculatum, posterius bifidum, obtusum, anterius fusco triangulo notatum, utrinque sulco longitudinali spirali, & 4 transversis exaratum. a).

clausa. 25. T. disci scutellis carinatis, sterno vix repando, valvularum ope ad scutum apprimendo.

Dosenschildkroete. *Bloch Schrift. der berl. Naturf. Fr. 7.*

I. p. 131. t. I.

Habitat in America septentrionali.

Valvularum binarum ope claudi adeo arde lorica potest, ut nihil aquæ intret.

pensilv- 26. T. palmarum unguibus 5, plantarum 4, candæ apice
nica. corneo acuto. *Seligman av. 8. t. 77.*

Habitat in Pensilvaniæ aquis stagnantibus; nonne eadem cum clausa? Viva moschum olet; candæ apice deorsum verso corpus movet in declivibus montium lutosorum motumque sistit.

Cauda brevis.

serpentina. 15. T. pedibus digitatis, testa subcarinata: postice obtusa, acute quinquedentata. *Mus. Ad. Frid. 2. p. 36. **

Habitat in Algeriæ, & Sinæ aquis dulcibus, mordax natans.

Caput serpentis; cauda longitudine totius testæ.

2) *An huc spectet alia ex aquis caspicis allata, cujus cognitionem Conjunctissimo Blumenbachio debeo, decidere vix ausim; convenit certe notis in definitione enumeratis; sed differt colore lorice fusco, maculis ex atro fuscis vario, sterni limbo albo; scuti scutellis dorfi 4, anteriore pentagono, reliquis hexagonis: lateribus parallelis repandis; cincta hæc novem alii minoribus, trapeziis, pentagonis; marginis scutella 25, albida, fusco-maculata, plurima satis æqualia, subquadrata. Quorsum pertineant alia a S. G. Gmelin in Persiæ provincia Masanderan visa, vix verbulo memorata testudines, grandes, serpentibus infensissima, ideo Persiæ grata & domestica; ea hædenus extricare non licuit; facile mansuescere, & perinde in aquis, ac in terra, in montibus, ac in vallibus vivere, refert S. G. Gmelin.*

Spengleri. 27. T. testa flava subcarinata : postice obtusa acuta 10 dentata, squamis imbricatis. *Walbaum Schrift. der berl. Naturf. Fr. 6. p. 122. t. 3.*
Serpentinæ affinis.

fimbria. 28. T. testa striata & echinata, fronte callosa triloba. *Schneid. Schildkr. p. 349. n. 12.*

Barrer. Fr. equin. p. 60. 165.

Férmin Surin. 2. p. 226.

Habitat in Americæ australis savannis ad Aprozague, & ad insulas Remiré.

Caput planum trigonum; collum prælongum, valde rugosum. Multum affinis scorpoidi.

*** terrestres, pedibus clavatis unguiculatis, testa convexa, commissuris ossis cum sterno juncta.

denticulata. 9. T. pedibus subdigitatis, testa orbiculato-cordata : margine eroso.

β) Testudo signata. *Walbaum chelonogr. p. 120?*

Habitat in Virginia. Mus. de Geer.

Testa magnitudine ovi meleagridis sordide pallescens, antice retusa, margine toto denticulata & quasi erosa, testa squamis sexagonis scabris; cauda pedibus brevior; pedes 5-4 quasi elephantini, absque digitis distinctis.

græca. 10. T. pedibus subdigitatis, testa postice gibba : margine laterali obtusissimo, scutellis planiusculis.

Raj. quadr. 243. Testudo terrestris vulgaris.

Habitat in Africa, Sardinia, Græcis, teste Forskål, amatus cibus, qui & crudum sanguinem bibunt, & ova ejus coquunt; mares irati occurrentes lapide arietant, ut plagæ eminus audiantur; Septembri sub terra se abscondens, Februario rursus emergens, Junio in loco aprico foveæ palmis effossæ ova committit 4-5 alba, columbinis similia, ex quibus post primas Septembris pluvias prodeunt pulli, juglandis magnitudine.

Corpus 6½ pollices longum, 4 libras ponderosum, caudatum: Plantarum ungues 4, palmarum ut plurimum 5, interdum 4. Testa ovalis margine integerrima; scutum valde convexum, cum cute ex nigro & flavo varium.

carinata. 12. T. pedibus digitatis, testa gibbosa, scutellis dorsalibus quatuor anterioribus carinatis, sterno integro.

Habitat in calidis regionibus.

geometrica. 13. T. scutellis testæ ovatæ omnibus elevatis superius planis, striis flavis velut e centro stellatim concurrentibus. *Schneider Schildkr. p. 352.*

Syst. nat. XII. 1. p. 353. n. 13. Testudo pedibus posticis palmatis, testæ scutellis elevatis truncatis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 50. Testudo unguibus acuminatis, palmarum 5, plantarum 4.

Amœn. acad. 1. p. 139. n. 24.

Brünn. spol. mar. adriat. p. 92. Testudo testa gibba tessellata subtus postice emarginata, pedibus fissis, caudâ brevissima.

Brown jam. p. 466. n. 5. Testudo major oblonga, testâ profundiori, cute loricata, unguibus palmarum 5, plantarum 4.

Worm. mus. 317. Testudo picta f. stellata.

Grew mus. 36. t. 3. f. 1. 2. Testudo testa tessellata majora.

Seb. mus. 1. t. 80. f. 83. Testudo minor amboinensis.

Pis. bras. t. 105. Testudo nigricantibus & flavescens figuris geometricis.

Raj. quadr. 259. Testudo tessellata minor.

Gottwald Schildkr. t. 13. 16.

Habitat in Dalmatia, Russia australi, Asia, & meridionali America.

Cauda brevis; pedes omnes fissi, anteriores digitis 5, posteriores 4, omnibus unguiculatis; testâ non raro sesquipedalis, valde gibba; scutellis elevatis, medio flavis, versus ambitum striatis, hexagonis; sternum posterius acute emarginatum.

pufilla. 14. T. pedibus subdigitatis, testâ hemisphærica: scutellis convexis trapeziis, margine striatis disco punctatis. *Hagstroem. nov. act. Stockh. 1784. 1. n. 6. p. 46.*

Grew mus. 38. t. 3. f. 2. Testudo virginea.

Worm. mus. 313. Testudo terrestris pufilla ex India orientali.

Edw. av. t. 204. Raj. quadr. 259. Testudo tessellata minor africana.

Habitat ad Caput bonæ spei, cicurata stercore gallinarum, pane, gramine, fructibus, saccharo, herbis floribusque variis, nequaquam lacte aliisque animalibus cibis vitans, per totam hiemem ab omni cibo potuque abstinens, aquam non intrans, tardissime progrediens, nisi calore pulsa.

Testa superior modice convexa, magnitudine vix manus, cincta intra marginem fascia albida, areis 22 trigonis obscurioribus ornata; scutellâ disci in medio elevato-punc-

tata, quorum 1 & 2 subcarinata, reliqua minime; testa inferior subrubescens, antè integrè, postè emarginata; brachia & femora nuda sine squamis; palmæ indivisæ unguibus 5; plantæ vix digitatæ unguibus 4; cauda brevis.

indica. 29. T. testa supra collum reflexa, scutellis tribus primoribus tuberosis. *Schneid. Schildkr. p. 355. n. 14.*

Habitat in India.

Maxillæ serratæ, & duplici adhuc dentium serie munitæ; testa ex fusco cinerea; scutella 3 anteriora gibbo rotundo, 3-4 lineas alto, & sesquipollicem lato, inæqualia.

picta. 30. T. testa plana, utrinque macula duplici ex atro cærulecente notata, scutellis margine flavo cinctis, collo per longitudinem flavo nigroque striato. *Schneider Schildkr. p. 348.*

Pedes unguibus brevibus acutis; cauda brevis; sternum flavum, linea media nigra. *Hermann.*

fulcata. 31. T. caudata, pedibus digitatis, testa gibba: scutellis lineatis sulco circumscriptis. *Mill. on var. subj. t. 26. A. B. C.*

Habitat in insulis Americæ australi oppositis.

planitia. 32. T. pedibus digitatis, testa ovali convexa lævi. *Gronov. zooph. n. 76.*

Gronov. mus. icht. 2. p. 86. n. 70. Testudo pedibus cursoriis, unguibus acuminatis quinque palmarum plantarumque.

Habitat Surinami.

Caput ovatum, antè acutum, supra plagioplateum; oculi magni, rotundi, contigui; rostri apex obtusus prominens; maxillæ edentulæ; inferiores apex aduncus; lingua teres; scutella elevata, æqualia, lata; sternum ad latera angustatum; pedes crassi, brevès, singuli unguibus 5 acutis curvis muniti.

33. T. testa ovali gibba: scutellis disci medio flavis, margine nitente atris, fuscatis, lateralibus polygonis.

Kil. Stobæus æt. litter. & scient. Sæc. 1730. p. 59. Testudo americana terrestris, fortè labori Brasiliensibus, Cagado de terra Lusitanis dicta.

Quorsum spectet memorata a Catesby ex Savanna species, quæ coctâ una cum l'brica antea dura adeo mollescat tota, ut comedi possit, ex manca descriptione eruere non licet.

Habitat in America australi.

*Caput serpentis, maculis supra flavis, subtus rubris vari-
rum; maxillæ caniculatæ, dentibus minutis munitæ;
lingua teres lata; oculi nigri, languidi, humidi; col-
lum ad longitudinem pollicum 4 extensile, cute obscura,
rugosa, squamosa tectum; femora crassa, curva, rubro-
maculata; palmæ unguibus 5, plantæ 4. Scutum pol-
lices 10 longum, 6½ latum, 5 altum; dorfi scutella 13,
primum seriei mediæ pentagonum, 2-4 hexagonum, 5
trapezium; margo niger striatus; sternum flavum;
cauda crassa conica, pollicem circiter longa.*

120. RANA. *Corpus tetrapodum nudum; utplu-
rimum ecaudatum: pedibus pos-
terioribus longioribus.*

* *Bufones, corpore verrucoso, ventricoso, pedibus bre-
vioribus.*

Pipa. 1. *R. digitis anticis muticis quadridentatis, posticis ungui-
culatis. Mus. Ad. Frid. 1. p. 49. Gron. mus. 2. p. 84.
n. 64.*

*Seb. mus. 1. p. 121. t. 77. f. 1-4. Bufo s. Pipa americana.
Wagn. mus. 15. t. 7. Bufo major surinamensis.*

*Vincenz. pip. 1726. t. 62. Bufo aquaticus Surinamensis.
Bradl. nat. t. 22. f. 1. Rana Turinamensis.*

Fallisn. nat. 1. t. 41. f. 6.

Camper Schrift. der berl. Naturf. Ges. 7. p. 200.

Fermin monogr.

*Habitat in Gujanæ aquis, nigris ejus incolis esculenta;
mas ova seriatim a femina exclusa hujus dorso illinit;
seque in hoc volutando foveis in cute femina excavatis
imprimit, suoque cum semine fecundat; ex ovibus cum
cute matris dorsalibonatis post trimestre prodeunt pulli,
branchiis carentes, primo ecaudati, post caudam assu-
mentes, quam denique exuunt.*

*Caput planum, brevissimum, latum; rostrum spatulae for-
ma; oculi remotissimi minimi; collum brevissimum, ru-
gosum; corpus orbiculare, planum, supra ex nigro spa-
diceum, cute dura, cartilaginea; digiti anteriores
teretes, posteriores longissimi, membrana indivisa juncti.*

musica. 2. *R. humeris gibbis punctatis.*

*Habitat Surinami in aqua dulci, vesperi perque totam noc-
tem loquax, musica surinamensis.*

Corpus

AMPHIBIA REPTILIA. Rana:

1047

Corpus statura bufonis, sed majus, ex lurido & fusco varium; palpebra superior rugosa, subverrucofa; humeri utrinque gibbo ovato, punctis pertuso; abdomen & femora punctis eminentibus; palmæ fissæ, plantæque subpalmatæ digitis quinque; unguibus vix ullis.

Bufo.

3. R. corpore lurido fuscoque. *Fn. suec.* 275.
Fn. suec. I. n. 253. Rana palmis pentadactylis fissis, plantis, hexadactylis palmatis: pollice brevior.
It. oel. 142.
Gesn. pisc. 807. Rubeta s. Phrynium.
Bradl. nat. t. 21. f. 2.
Raj. quadr. 252. Bufo s. Rubeta.
Paulini C. F. Bufo curiosus Norib. 1686.
Roesel hist. ran. nostr. p. 85. t. 20. Bufo terrestris, dorso tuberculis exasperato, oculis rubris.
 β) Bufo (calamita) dorso olivaceo, tæniâ laterali inæquali lucide ex rubro flavescente. *Laur. amph. p.* 27. n. 9.
Roehrling, Kreuzkroete, Roes. hist. ran. nostr. p. 107. t. 24.
 γ) Bufo (viridis) maculis viridibus confluentibus, verrucis macularum concoloribus, intervallorum rubris, intermediis bicoloribus. *Laur. amph. p.* 27. n. 8. t. I. f. I.
 δ) Bufo obstetricans. *Laur. amph. p.* 28. n. 12. 128.
 Bufo terrestris minor. *Ad. parif.* 1741.
Habitat in Europæ nemorosis, ruderatis, umbrosis, vese & æstate in aquis stagnantibus, hieme in tufosis, non raro subterraneis, fodiens, noctu victum quærens, insecta venans, cotula, acæa, stachyde, aliis fœtidis delectatus, vitæ tenacissimæ, ut prodeuntes ex ovis per annos intra lapides inclusis pulli vivi adhuc reperti sint; vi noxia & salutari orbis, a butcone, aliisque falconibus & ardeis devoratus, & ab ipso erinaceo, quem ideo Ucraniæ incolæ domesticum alunt.

Rubeta.

4. R. ano obtuso, subtus punctato. *Fn. suec.* 276
Syst. nat. 37. n. 5. Rana palmis tetradactylis fissis, plantis pentadactylis subpalmatis, ano subtus punctato.
It. wgoth. 261.
Habitat in Europa, frequens post imbres, unde rana cœlitus demissa Rondeletio; pullo bufonis similis; an vere distincta species?

gibbosa. 5. R. corpore ovato-convexo: vitta longitudinali cinerea dentata, pedibus fissis.

Tom. I. Pars. III,

Y y

AMPHIBIA REPTILIA. Rana.

Amer. ac. I. p. 286. & Mus. Ad. Fr. I. p. 48. Rana palmis tetradactylis fissis, plantis hexadactylis fissis, pollice latiusculo brevissimo.

Laur. amph. p. 27. n. 6. Bufo gibbosus.

β) Bufo (marmoratus) dorso ex rubro & cinereo - flavescente marmoris ad instar variegato, abdomine flavo nigro maculato. *Laur. amph. p. 29. n. 14.*

Seb. mus. I. t. 71. ff. 4. 5.

Habitat in India, β) Surinami.

Bombina. 6. R. abdomine aurantio caesio-maculato, pupilla triquetra.

Blumenb. Naturg. p. 260. n. 5.

Rana corpore verrucoso, abdomine albedo nigro-maculato, plica gulari. *Syst. nat. 12. I. p. 355. n. 6. Fn. succ. 277.*

Rana variegata. *Syst. nat. X. I. p. 211.*

Bufo igneus. *Roessel ran. nostr. t. 22. 23. Laur. amph. p. 29. n. 13.*

Albert. M. anim. p. 251.

β) Bufo abdomine nigro, punctis maculisque candidissimis. *Laur. amph. p. 29. β.*

γ) Bufo fuscus. *Roessel. hist. ran. nostr. t. 17. 18.*

Bufo fuscus, cute laeviuscula, maculis plurimisque fuscis, in intervallis albicantibus albis, & ad latera artuumque articulos minjatis. *Laur. amph. p. 28. n. 10.*

δ) Rana campanifona. *Laur. amph. p. 30. n. 18.*

Gesn. pisc. p. 809. 952.

Habitat in Scania, Germaniae, Helvetiae potissimum paludibus, ranæ instar siliens, sonumque clarum emittens, quasi cachinnantis.

Ranæ corpore breviori, capite latiore, crassiore, nulla plerisque cauda a lacertis diversa, insectis viditantes, quarto demum anno puberes, ultra duodecimum vix vivaces, palmis ut plurimum fissis tetradactylis, plantis palmatis pentadactylis utrisque muticis instructæ, salacissimæ feminam ova nuda parientem per dies & septimanas tenacissime amplectuntur, apodes ex ovo prodeunt, cauda piscinæ simili muniti, quæ, prouti pedes emergunt, sensim evanescit, eo in statu (gyrini) branchiarum specie, & pulmonibus subsidiariis, multæ etiam ad labium inferius tubo exiguo, cujus ope sudione aliis corporibus se affigunt, aut juxta oculos sinistros utriculo instructæ, cujus ope aquam erudant; amplexus tempore palmarum pollice mari verrucoso; bufones tetro aspectu nocturni, in umbrosis, obscuris latentes, ova pariunt in teniam longissimam connexa; ranæ proprie dictæ agiliores, diurnæ, in aprico magis versantes ova in acervum confusa emittunt. De ossium structura v. Troja ad. Paris. exot. t. 9. de sono, quem edunt, Camper ad. Roterod. t. 1. an Rana a Lepechin it. t. p. 318. memorata & t. 22. f. 6. depicta, propria species?

Bufo similis, sed parva, nigra, supra undique punctis exasperata, subtus varia; ruga sub collo transversa.

- Salsa. 18. R. supra ex terreo olivacea, subtus albida nigro maculata, pedibus omnibus fissis.
 Bufo falsus. *Schranck naturh. Br. über Oestreich, &c. I. p. 308.*
Habitat in aquis stagnantibus falsis Berchtesgadenfibus; arborea minor, lucem fugiens, inodora, ex verrucis medio perforatis minutis concoloribus nihil liquidi exsudans; pedes fusco-fasciati, subtus flavi.
- ventricosa. 7. R. ore femiovato, jugulo prominulo. *Mus. Ad. Fr. I. p. 48.*
 Bufo ventricosus. *Laur. amph. p. 26. n. 3.*
 β) Bufo (pustulosus) pustulis dilute lacteis. *Laur. amph. p. 26. n. 4.*
Seb. mus. I. t. 74. f. 1.
Habitat in America australi & India.
Corpus fuscum, orbiculatum; tubercula summi colli longitudinaliter digesta; dorsi ruga tres longitudinales; hypochondria dilatata tumida.
- marina. 8. R. scapulis pulvinatis, superciliis verrucosis conchatis; plantis subpalmatis.
Seb. mus. I. t. 76. f. 1. Rana marina maxima.
Wallbaum Schr. der Naturf. berl. Ges. 5. p. 230. Meerfrosch.
 β) Rana ochroleuca supra fusco punctata, subris livido adumbrata, cervice & humeris griseo maculatis. *Wallbaum Schr. der berl. Naturf. Ges. 3. p. 241.*
Habitat in America.
Magnitudo ingens; longitudo ab apice oris ad anum 6 pollices excedens; color ex flavescente griseus, hinc inde fuscescente maculatus; verrucæ majores & minores, medio puncto elevato badlo; pulvinaria ovata lævia, poris pertusa; anus radiis rugosis cinctus; plantarum digiti primo tantum articulo membrana connexi, ultimo articulo membrana badia fimbriato.
- brasiliensis. 19. R. ex cinereo flavescens, maculis rubris undosis, subtus glabra. *Laur. amph. p. 26. n. 3.*
Seb. mus. I. t. 73. f. 1. 2.
Habitat in Brasilia.
- Arunco. 20. R. pedibus omnibus palmatis. *Molin. hist. nat. Chil. p. 190.*
 Yyy 2

AMPHIBIA REPTILIA. Rana.

Habitat in aquis regni Chilensis, temporaria paulo major, & ejusdem fere coloris, In plantis leve unguiculorum, vestigium.

lutea. 21. R. corpore luteo, pedibus omnibus subpalmatis. *Molin. hist. nat. Chil. p. 190.*
Habitat in aquis regni Chilensis, esculentæ habitu, at multo minor.
Ultimi digitorum articuli liberi.

margari- 22. R. ex fusco rubra; granulis dilute rubellis conspersa.
 tifera. *Laur. amph. p. 30. n. 15.*
Seb. mus. I. t. 71. f. 6. 7.

β) Rana dilute lutea, granulis rubris conspersa, palmis pentadactylis.

Seb. mus. I. t. 71. f. 8.

Habitat in Brasilia.

Latera ex flava variegata; abdomen albens, granulis dilute caruleis; pedes hispidi.

cornuta. II. R. palpebris conicis. *Mus. Ad. Fr. I. p. 48.*

Bufo cornutus. Laur. amph. p. 25. n. 2.

Bufo cornutus s. spinosus virginianus. Seb. mus. I. t. 72. f. 1. 2.

Habitat in Virginia & Surinamo, aspectu horrenda.

Caput ingens, anterius rotundatum, thoraci circumfusum; faux amplissima; palpebræ molles, mucronatæ, apice trifidæ, medio sui oculum gerentes; adultæ dorsum, femora, anus spinis horrent.

fitibunda. 23. R. supra ex glauco cinerascens, maculis ex viridente nigricantibus varia, subtus fordide alba, plantis femipalmatis subheptadactylis. *Pall. it. I. p. 458. n. 16.*

Habitat in siccis desertis ad fluvium Ural, oppida & fortalicia quoque colens, interdum in antris latens, vespere circumsaltans, bufonis forma, sed major.

Caput breve, retusum, pone orbitas quasi filo constrictum; palpebræ subcarnosæ; corpus punctis prominulis fuscis, & verruculis ad latera majoribus per inguina & hypochondria creberrimis conspersum; palmarum pollex divaricatus; plantarum callus ad metatarsum utrinque prominulus.

vesperti- 24. R. macula inter oculos transversa, posterius bicuri aliis
 na. que oblique ab oculis ad nares, corpore supra cinereo

maculis longitudinalibus subconfluentibus fuscis, viridi variantibus vario, subtus albido cinerascete inquinato.

Pall. it. 1. p. 458. n. 15.

Habitat in Sibiria, bufonis magnitudine, forma esculentæ, at ægrè saliens.

Caput breve; corpus supra pupillis subverrucosis confersum.

ridibun-25. R. corpore fusco-maculato supra cinereo, linea dorsali flava vel subviridi, subtus albido glabro, clunibus fuscis lacteo-maculatis. *Pall. it. 1. p. 458. n. 14.*

Habitat copiosissima versus mare Caspium, fluviiis Volgæ & Ural communis, in siccum nunquam exiens, maxima, ut semilibram pondere æquet, temporariæ forma, sed latior & brevior; vox vespertina cachinni æmula.

Caput latum, plagioplateum; palpebra superior convexa, poris adpersa; tympana plana; dorsum poris adpersum; latera verrucis obsoletis; palmarum pollex basi crassus divaricatus, digito proximo reliquis omnibus brevior; artus posteriores subsasciati; plantæ collo interius accedente subhexadactylæ, digitis subtus ad articulos verruca notatis.

variabilis. 26. R. colorem varians, dorso & lateribus gibbis verrucis in centro fulvescentibus, dorfi medii-exilibus, in prominentissima hypochondriorum parte majoribus. *Pall. spic. zool. 7. p. 1. t. 6. f. 3. 4.*

Bufo Schreberianus. Laur. amph. p. 27. n. 7. Roefel. hist. ran. nostr. p. 108.

Habitat in Germaniæ inferioris umbrosis, esculentæ magnitudine, habitu inter bufones & ranas media, corpore ipso ultra 2 pollices longo, vigil colore corporis albo, macularum viridi; in solis ardore toto cinereo, dormiens macularum solarum colore cinereo, torpens corporis ipsius colore carne conspicua.

Caput rotundatum; os plane edentulum; maxillæ superioris margine geminato; lingua carnosæ, crassa, repositilis, basi antice obsolete biloba, apice integerrima; palpebra superior vix ulla, inferior plicatilis; tympana albida; verrucæ mamillares, in inguine creberrimæ; gula punctis prominulis aspera; color in spiritu servatæ ex cinereo flavescens, supra subolivaceus; palmarum digiti 3 subtus marginati, pollex major; plantarum digitus secundus longissimus.

** Ranae proprie dictae, corpore magis oblongo laevi,
pedibus longioribus.

- typhonia. 9. R. auricularibus lobis ovatis.
*Habitat in America, clamitans nocte sono cornicis tetra
lugente.* Rolander.
*Dorsum rugis quatuor longitudinalibus, punctis elevatis
maculisque nigris; plantarum digiti angusti absque un-
guibus orbiculatis: secundus longissimus.*
- pentadac- 27. R. pedibus omnibus fasciatis pentadactylis, corpore ve-
ryla. nuloso: maculis dorsalibus transversis, lateralibus
ocellatis. *Laur. amph. p. 32. n. 23.*
Seb. mus. I. t. 75. f. 1.
β) Rana fusca, palmarum digitis 4 cum rudimento quinti,
plantarum quinque cum rudimento sexti. *Laur. amph.
p. 32. β.*
- ocellata. 10. R. auribus ocellatis, pedibus muticis. *Mus. Ad. Frid. 2.
p. 39.**
Brown jam. 466. t. 41. f. 4. Rana maxima compressa
miscella.
Seb. mus. I. t. 76. f. 1.
Habitat in America.
Utrinque ad aures macula ocellata; plantae subpalmatae.
- pipiens. 28. R. viridis, ocellis plurimis fuscis annulo flavescente cinctis.
Schreber Naturf. 18. p. 182. t. 4.
Catesb. Car. 2. t. 70. Klein quadr. p. 119. Rana aquatica.
Kalm. it. 3. p. 45. 46. Rana halecina, & Rana virescens.
*Habitat ad Americae septentrionalis aquas fluentes, ab ore
ad pedum extensorum apicem usque 5-6 pollices longa,
temporaria & esculenta minor, huic similior, quam illi,
primis Maji diebus, & per reliquum ver, nocte pra-
sertim & ingruente pluvia, alta voce clamitans, salti-
bus aliquando ingentibus progrediens.*
*Aures vivi animalis aureo nitore resplendent; corporis
habitus idem, qui esculentae; ani regio rugosa; palmarum
digitus a pollice tertius reliquis longior; femora pos-
teriora longiora, quam esculentae; tibiae bis longiores;
adhuc longiores plantae, utrinque marginatae; digitus
vix apice liberis, quarto reliquos superante.*
- bicolor. 29. R. supra caerulea, subtus ochracea. *Boddaert Schr. der
berl. Naturf. 2. p. 459.*
Magnitudine plerasque congeneres excedit.

maxima. 30. R. pedibus omnibus palmatis & cum digitis fasciatis, corpore venuloso variegato: summo dorso oblique maculato.

Laur. amph. p. 32. n. 24.

Seb. mus. I. t. 72. f. 3.

Fasciæ pedum per paria approximata, supra confluentes.

alpina. 31. R. tota atra. *Laur. amph. p. 133.*

Habitat in declivibus montis austriaci Schneeberg.

venulosa. 32. R. pedibus fissis, corpore venuloso maculoso: maculis confluentibus. *Laur. amph. p. 31. n. 22.*

Seb. mus. I. t. 72. n. 4.

Habitat in India & australi America.

virginica. 33. R. cinerea, rubro maculata, subtus flavescens, dorso quinquefido quinquangulari. *Laur. amph. p. 31. n. 20.*

Seb. mus. I. t. 75. f. 4.

Habitat in Virginia.

tempora- 14. R. dorso planiusculo subangulato. *Fn. succ. 278. It. oel. 154.*

Rana palmis tetradactylis fissis, plantis pentadactylis palmatis: pollice longiore. *Fn. succ. I. n. 250.*

Laur. amph. p. 30. n. 17. Rana muta.

Roesel hist. ran. nostr. p. I. t. 1-3. Rana fusca terrestris.

Gesn. aq. 805. ovip. 46. Rana aquatica innoxia.

Raj. quadr. 241. Rana aquatica.

Aldr. ovip. 89. Rana.

Jonst. quadr. t. 75. f. 5-8.

Bradl. natur. t. 21. f. 1.

β) Rana gigas. *S. G. Gmelin it. 3.*

Habitat in Europa, β) in Persia, vere aquatica inter bufones, æstate terrestris, insons, limacibus, culicibus, muscis aliisque insectis victitans, anatibus ardeisque cibo inserviens, corde licet exempto adhuc saliens; garrula limosofis rana coarctat aquis; gigas noctu vocem hominis iracundi æmulatur.

marginata. 12. R. lateribus marginatis, pedibus fissis. *Mus. Ad. Frid. p. 47.**

Habitat in India, & australi America.

esculenta. 15. R. corpore angulato, dorso transverse gibbo, abdomine marginato. *Fn. succ. 279.*

Gesn. pisc. 809. Rana gibbosa 4-5.

AMPHIBIA REPTILIA. Rana.

Roefel *hist. ran. nostr. p.* 51. t. 13. 14. *Rana viridis aquatica.*

Habitat in Europæ fontibus, paludibus, stagnis, viridis, lineis tribus flavis, media ab ore ad anum ducta; dorsum transverse gibboso-diffractum; mas oris angulis globoso-inflatis cantu vespertino frequentiore prædicit pluviam; animosus ipfos lucios adoritur & vincit.

*** *Hylæ cruribus posticis longissimis: unguibus lenticulatis.*

arborea. 16. R. corpore subtus granulato, pedibus fissis. *Blumenb. Naturg. p.* 261. n. 8.

Rana corpore lævi: subtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fissis, unguibus orbiculato-dilatatis. Syst. nat. XII. 1. p. 357. n. 16. *Fn. suec.* 180.

Rana pedibus fissis, unguibus subrotundis, corpore lævi postice angustato. Amæn. ac. 1. p. 135. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 47.

1. *Gronov. mus. 2. p.* 84. n. 63. *Rana.*

Laurent. amph. p. 33. n. 26. *Hyla viridis.* *

Roefel hist. ran. nostr. p. 37. t. 9-11. *Rana arborea.*

Gesn. pisc. 808. *Ranunculus viridis.*

Raj. quadr. 251. *Rana arborea f. ranunculus viridis.*

β) *Rana pedibus fissis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: geniculis subtus tuberosis. Amæn. ac. 1. p.* 285.

Hyla fusca. Laur. amph. p. 34. n. 27.

γ) *Hyla viridis, linea flava utrinque recta. Laur. amph. p.* 33. n. 36. β.

Catesb. Car. 2. p. 71.

δ) *Hyla ranæformis. Laur. amph. p.* 33. n. 25.

Seb. mus. 2. t. 13. f. 2.

ε) *Rana americana rubra. Seb. mus. 2. t.* 70. f. 4.

ζ) *Hyla viridi-fusca. Laur. amph. p.* 34. n. 29.

Merian. surin. t. 56.

η) *Hyla tibiatrix. Laur. amph. p.* 34. c. 30.

Seb. mus. 1. t. 71. f. 1-2.

θ) *Hyla rubra. Laur. amph. p.* 35. n. 32.

Seb. mus. 2. t. 68. f. 5.

ι) *Hyla Sceleton. Laur. amph. p.* 35. n. 33.

Seb. mus. 1. t. 73. f. 3. *Rana brasiliensis gracilis.*

Habitat in Europa (Anglia excepta) & America sub foliis arborum, muco, limacis instar, obducta, muscas in fauces quasi revocans, colorem non raro, chamæleontis more,

*mutans; mas gulam maximopere inflando pluvia instante,
& amplexus præserim tempore altissimam vocem edit.
Corpus supra virens, subtus albens, utroque latere linea
flava curva.*

leucophil-34. R. corpore lævi cano, maculis oblongis lacteis vario,
la, palmis lobatis, plantis palmatis. *Beireis Schr. der berl.
Naturf. Ges. 4. p. 178. t. II. f. 4.*

Habitat in America, 46 grana pondere æquans.

*Oculi aurei; inter hos, ad latera, in dorso medio, & ad
tibias macula oblonga albæ; clunes graciles.*

squamige-35. R. fascia squamosa super dorsum femicincta, plicis la-
ra, teralibus & gulari, palmis semipalmatis, plantis palma-
tis. *Wallbaum Schr. der. berl. Naturf. Ges. 5. p. 227.*

*Habitat in America? esculentæ habitu & magnitudine, ul-
tra 2 pollices longa.*

*Color ex griseo & fusco varius, punctis densius aggregatis
sparsisque maculis, in dorso posteriore serpentino ductu
progredientibus pictus; fascia ex squamis exilibus,
subpellucidis, rhomboideis imbricatis; artus posteriores
anterioribus duplo longiores.*

hoans. 17. R. corpore lævi: subtus punctis contiguis, pedibus pal-
matis.

*Rana palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, palma-
tis, digitotum apicibus subrotundis. Amœn. acad. I.
p. 285. Mus. Ad. Fr. I. p. 47.*

Seb. mus. I. t. 71. f. 4.

Laur. amph. p. 34. n. 28. Hyla lactea.

β) *Rana corpore supra ex cærulescente subplumbeo. Laur.
amph. p. 34. β.*

γ) *Hyla aurantiaca. Laur. amph. p. 35. n. 31.*

Seb. mus. I. t. 71. f. 3. Rana furinamenfis.

*Habitat in America, arborea simillima, pedibus tamen om-
nibus palmatis & corpore albo maculis lacteis vario distinc-
ta, si quidem hæc sufficiant ad speciem distinguendam.*

**** caudatæ.

paradoxa. 13. R. femoribus postice oblique striatis. *Mus. Ad. Frid. 2.
p. 40. **

*Syst. nat. VI. p. 36. n. 2. Lacerta cauda ancipiti, palmis
tetradactylis fissis, plantis pentadactylis palmatis, ab-
domine ventricoso.*

AMPHIBIA REPTILIA. Draco.

Mus. Ad. Frid. 1. p. 49. Rana piscis.

Laur. amph. p. 36. n. 34. Proteus raninus.

Seb. mus. 1. t. 78.

Merian. surin. 71. t. 71.

Habitat in America australi, cauda robusta, carnosa, ancipiti permanente a congeneribus distincta; contra morem congenerum gyrinus jam perfectum animal magnitudine refert, & antequam penitus perficiatur, aliquoties cutem mutat; inde illæ fabulæ ranarum in pisces abeuntium.)*

121. DRACO. Corpus tetrapodum, caudatum, alatum : alis propriis. **)

Volans. 1. Dr. brachiis ab ala distinctis.. *Syst. nat. XXXVI. Gronov. mus. 2. p. 73. n. 46.*

Draco. Mus. Ad. Frid. 1. 40.

Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, alis femore connexis, crista gulæ triplici. Amæn. acad. 1. p. 126.

Lacerta africana volans f. Draco volans. Seb. mus. 2. t. 86. f. 3.

Lacerta volans indica. Raj. quadr. 275.

Lacerta volans. Bradl. nat. t. 9. f. 5. Grimm. epk. N. C. ann. 12.

Lacertus volans f. Dracunculus. Bont. jav. 57. t. 57.

Habitat in India & Africa.

præpos. 2. Dr. brachiis alæ adnatis. †

*Seb. mus. 1. p. 160. t. 102t f. 2. Draco volans americanus. Alas & pingunt & describunt a pedibus anterioribus separatas autores.***)*

* Si vera sint sui generis perfecta animalia protei, a Soelmanno omni anni tempore observati, tritonius, a Schranckio, & anguinus, ambo in lacubus Austris interioris a Laurenti reperti, enumerati, delineati, huic loco inferendi mihi quidem videntur; at summa cum gyrinis, utique branchiostegis similitudo hæcenus observat, donec conspirantibus & curatissimis plurium observationibus constet, nullam amplius tardiolem forte, subire metamorphosin.

** Alæ draconum non e pedibus anterioribus formatae, ut in ayibus, vesperilionibus, pegaso; sed propriae & radiatae, ut pinnae piscium, subsultibus, quales membrana inter pedes expansa sciurus volans agit, non vero volatui inservientes; sola pars quæ draconem a lacertis divellit, & procul dubio prima ansa fabularum illarum de draconibus, basilicis, &c.

*** Dracones omnes reliqui autorum fabulosi sunt, ut Hydra Seb. mus. 1. t. 202. f. 1. Hamburgi a nobis visa, non naturæ, sed artis opus eximium.

122. LACERTA. *Corpus* tetrapodum, elongatum, caudatum, nudum: pedibus æqualibus.

**Crocodill, cauda ancipite in segmenta diviso, lingua brevissima.*

Crocodi- I. L. capite cataphracto, nuca carinata, cauda superne cristis binis lateralibus horrida. *Blumemb. Naturg.* 262.

Lacerta cauda compressa ferrata, pedibus triunguiculatis, palmis pentadactylis, plantis tetradactylis palmatis. *Syst. nat.* XII. I. p. 359. n. I. *Amœn. acad.* I. p. 121. *Mus. Ad. Fr.* I. p. 40.

Crocodilus. *Gronov. mus.* 2. p. 74. n. 47. *Bellon. aq.* 41. *Gesn. quadr.* 9. *aquat.* 304. *Aldr. aq.* 677. *Jonst. quadr.* t. 79. f. 3. *Olear. mus.* 8. t. 7. f. 3. *Seb. mus.* I. t. 105. f. 3. 4. *Vallisfn. nat.* I. t. 43. *Hasselq. it.* 292.

Crocodilus niloticus. *Best. mus.* 47. t. 13. *Jacob. mus.* I. t. 6. f. 55.

Lacertus maximus. *Raj. quadr.* 761.

β) *Crocodilus africanus.* *Laur. amph.* p. 54. n. 75. *Seb. mus.* I. t. 103. f. 2-4.

Habitat in Nilo, 18-25 pedes longa, Leviathan Jobi, moschum olens, mugiens, velocitate summa, robore, voracitate periculosissima, hominem & alia animalia majora, terrestria & aquatica occidit, & filicibus deglutitis digestionem juvat, naviculas invertens, in retia irrum-pens, non nisi in ventre sclopeti icu ferienda, tabaco trucidanda, in cursu vix ad latera exspatians, eo artificio fugientibus ejus dentes, adhuc servandis, quos, si arripit, tanto sævius dilacerat; femina in coitu supina ad centena ova anserinis vix æqualia in arena deponit, a viverra ichneumone magnam partem effossa & exhausta; adorti æthiopes dorso insiliunt, regunt, dormientem occidunt, & carnem cum ovis comedunt.

Palpebræ rugosæ truces; aures lineares supra valvula clau-siles, dentes in maxilla superiore 40, in inferiore 38 acuti. Differt β) rostro capite multo brevior, nucaque nuda, quæ scutis carnatis inæqualis est alteri.

gangetica. 50. L. maxillis elongatis teretibus subcylindricis, cauda superne cristis binis in unam confluentibus horrida. *Gronov. gazoph.* 2. p. 11. n. 40. *Merck hess. Beytr.* II. I. p. 73.

AMPHIBIA REPTILIA. Lacerta.

Lacerta (Crocodilus) ventre marsupio donatus, faucibus merganseris rostrum æmulantibus. *Edw. act. anglæ* 49. 2. p. 639. t. 19.

Crocodilus terrestris. *Laur. amph. p. 54. n. 86.*

Adans. Seneg. p. 73.

Seb. mus. 1. t. 104. & t. 103. f. 1.

Habitat ad Senegal Africæ & Gangen Indiæ fluvium.

Dentes in maxilla superiore 60, in inferiore 58 acuti; aures orbitis majores, valvula nulla; rostrum capite $2\frac{1}{2}$ plo longius; an longirostris hæc ab indica diversa, cujus rostrum caput longitudine æquat, & ad quam potius spectare videntur Gronovii, Laurenti, & Sebæ nomina? scuta huic indica 6 mammillaria in nucha, quæ longirostri desunt.

Alligator. 51. L. capite imbricato plano, nucha nuda, cauda superne binis lineis lateralibus aspera. *Blumenb. Naturg. p. 263.*

Crocodilus americanus. *Laur. amph. p. 54. n. 84.*

Bontius jav. t. 55. Crocodilus Cayman,

Marcgr. bras. 242. Jacare.

Sloan. jam. 2. p. 332. Crocodilus.

Catesb. Car. 2. t. 63. Lacertus maximus.

Seb. mus. 1. t. 106.

Habitat in America media, crocodilo minor, moribus similis.

** Cordyli, corpore squamis carinatis tecto.

Caudiverbera. 2. L. cauda depresso-plana pinnatifida, pedibus palmatis.

Laur. amph. p. 34. n. 55. Caudiverbera peruviana.

Feuill. per. 2. p. 319. t. 319.

Molin, hist. nat. Chil. p. 191.

β) Caudiverbera ægyptiaca. *Laur. amph. p. 34. n. 54.*

Seb. mus. 2. p. 108. t. 103. f. 2.

Habitat in Peru & Chili, ultra 14 pollices longa.

Color ater, in cæruleum vergens; squamæ minutissimæ; caput convexum oblongum; oculi magni flavi; nares

Lacertæ, calidiorum pleraque regionum incolæ, animalibus reliquis sub eodem ordine militantibus agiliores, insectis, si crocodilos exceperis, visitant, præter hos Geckones & Geitje insontes, multæ edules, plurimæ etiam, præsertim aquaticæ; metamorphosin patiuntur; crocodilis rictus omnium animalium maximus; maxilla utraq; mobilis, callis tectum corpus; chamæleontes cauda prehensile scandunt, anomale incedunt, tardi in ramis arborum sedent, dentibus carent, lingua longissima lumbriciformi, quibus muscas venantur, oculis maximis in sacco rugosissimo hærentibus, capite anguloso instructi, tenuissimis, lucidissimæ tuberculis vel squamis tecti.

ampla, margine carnosæ; rostrum acutum; rictus amplus; dentium minorum aduncorum duplex series; lingua crassa lata rubra; saccus gularis, qui inflari potest; crista a fronte ad caudæ apicem per dorsum decurrens margine undulato; pedes pentadactyli unguiculorum loco apice cartilaginei; cauda apice spatulata.

Dracæna. 3. L. cauda supra denticulata longa, digitis subæqualibus, corpore lævi.

Laur. amph. p. 57. n. 92. Stellio Salvaguardia.

Seb. mus. 1. t. 101. f. 1. Lacerta maxima Cordylus f. Caudiverbera.

Habitat in America.

Corpus saturate spadiceum; squamæ minutissimæ; pedes croceo alboque tessellati.

Limaculata. 52. L. cauda carinata denticulata, corpore duplo longiore, digitis palmarum plantarumque lobatis. *Sparrrn. nov. act. Stockh. V. 3. n. 1. t. 4.*

Habitat in insulæ Eustachii & Pensilvaniæ dumetis, subterraneis, aquæductibus, cavis arboribus, sibilans; ova in terra deponens.

Corpus ex cæruleo virescens, ut plurimum nigro maculatum, maculis præsertim binis majoribus humerorum; pedes omnes pentadactyli.

Monitor. 6. L. cauda carinata, corpore mutico, maculis ocellatis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 41. Lacerta caudæ ancipiti integra, pedibus pentadactylis, digitis omnibus unguiculatis.

Laur. amph. p. 56. n. 90. Stellio Salvator.

Seb. mus. 2. t. 86. f. 2. 2. t. 30. f. 2. 2. t. 49. f. 2. 2. t. 99. f. 1. 2. t. 100. f. 3. 1. t. 97. f. 2. 1. t. 94. f. 1. 2. 3.

β) *Stellio viridis maculis rufis. Laur. amph. p. 57. n. 94. Seb. mus. 1. t. 75. f. 2.*

γ) *Stellio tessellatus, (griseo alboque). Laur. amph. p. 57. n. 93.*

Seb. mus. 1. t. 76. f. 2.

δ) *Stellio saxatilis, cinereus nigro-maculatus, cauda crassissima. Laur. amph. p. 57. n. 91.*

Seb. mus. 1. t. 79. f. 4.

ε) *Stellio saurus, cæruleus albo-punctatus, Laur. amph. p. 56. n. 89.*

Seb. mus. 2. t. 105. f. 1.

ξ) *Stellio punctatus*; sex punctorum seriebus dorso longitudinalibus. *Laur. amph. p. 58. n. 96.*

Seb. musf. 2. t. 2. f. 9.

η) *Stellio thalassinus*, ocellis nigricantibus. *Laur. amph. p. 57. n. 95.*

Seb. musf. 1. t. 110. f. 4. 5.

Habitat in America ad Virginiam usque & Asia australi, tripedalis circiter, gangetica & allegatoris frequens species, quarum adventum sibilo prodere animalibus fertur.

Corpus maculis albis ocellatis verticillatum, subtus album, fasciis linearibus interruptis varium.

bicarinata. 8. L. cauda compressa supra bicarinata mediocri, dorso quadrifariam carinato-friato.

Habitat in America australi oppositis insulis & India, parva.

Corpus griseum; dorsum striis duabus elevatis, & latera singula ex squamis carinato-friata; squamæ convexo-tuberculatae; abdomen ordinibus 24 senariis transversalibus squamarum tectum; cauda corpore vix sesquillon-gior, subtus striata, lateribus glabris.

Cordylus. 9. L. cauda verticillata brevi: squamis denticulatis, corpore laevigato. *Amœn. acad. 1. p. 132. 292.*

Laur. amph. p. 52. n. 81. Cordylus verus.

Gronov. musf. 2. p. 79. n. 55. Cordylus.

Seb. musf. 1. t. 84. f. 3. 4. & 2. t. 62. f. 5.

Habitat in Africa & Asia.

Corpus lividum vel nigricans, squamarum truncatarum carinis elevatissimis muricatum; caudæ squamæ oblongæ cineræ, carinarum spinis rigidis.

*** *Stelliones, dorso caudaque vel rei corpore squamis denticulatis vel aculeatis tecto.*

Pelluma. 53. L. cauda verticillata longiuscula, squamis rhomboideis.

Molin. hist. nat. Chil. p. 190.

Habitat in Chilensis regni campis sub terra, præter caudam æque longam ultra II pollices longa, pelle incolis marsupii loco inserviente.

Corpus supra squamis minutis tectum ex viridi, flavo, caeruleo & nigro varium, subtus ex viridi flavum nitens; pedes pentadactyli, unguibus robustissimis.

Stellio. 10. L. cauda verticillata mediocri, capite & corpore muricato. *Musf. Ad. Fr. 2. p. 37. Hasselq. it. 321.*

Tournef. it. 1. p. 119, t. 120. Lacerta Cosfordilos dicta.

Laur. amph. p. 52. n. 80. Cordylus stellio.

Seb. mus. 2. t. 8. f. 7.

Habitat in Oriente, Delo, Ægypto, reliqua Africa. Stercus lectum ad pyramides Ægypti, Cordylea, pro optimo cosmetico habitum. Bell. it. 115.

maurita- II. L. cauda subverticillata brevi muricata apice lævi, corpore supra muricato, digitis subtus lamellatis muticis.

Laur. amph. p. 44. n. 58. Gekko muricatus.

β) Gekko verticillatus. *Laur. amph. p. 44. n. 56.*

Seb. mus. 1. t. 108. f. 2. 7.

γ) Gekko aculeatus. *Houttuyn act. Vliissing. 9. p. 324. n. 2.*

Seb. mus. 1. t. 108. f. 6.

Habitat in Mauritania, β) in India, geckonis habitu, sed lurida, & ad latera capitis, supra collum, dorsum, femora verrucoso-mucronata, subtus lævis, squamis minimis; cauda corpore brevior, a basi ad medium sex spinarum ordinibus hispida, inde ad apicem usque lævis; digiti geckonis. Brander.

azurea. 12. L. cauda verticillata brevi: squamis mucronatis. *Mus.*

Ad. Fr. 1. p. 42.

Seb. mus. 2. t. 62. f. 6.

β) *Cordylus brasiliensis. Laur. amph. p. 52. n. 82.*

γ) *Stellio fascia ad humeros saturate spadicea.*

Seb. mus. 1. t. 91. f. 4.

Habitat in Africa, β) & γ) in Brasilia, hanc tribum iguanis necdens.

angulata. 19. L. cauda hexagona longa, squamis carinatis mucronatis.

Habitat in America, parva. Rolander.

Corpus supra fuscum, subtus squamis non mucronatis, subgula duabus magnis rotundatis; caput nudum, rugis variis elevatis inæquale, posterius, ubi colli squamæ incipiunt, quasi truncatum & annexum; cauda valde angulata, corpore sesquilingior.

orbicularis. 23. L. cauda tereti mediocri, vertice trimuricato, abdomine subrotundo. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 44.*

Laur. amph. p. 51. n. 79. Cordylus hispidus.

Seb. mus. 1. t. 109. f. 6.

β) *Cordylus orbicularis. Laur. amph. p. 51. n. 78.*

Lacerta cauda tereti brevi, trunco subgloboso supra muricato. Syst. nat. X. p. 206. n. 24.

AMPHIBIA REPTILIA. Lacerta.

Seb. mus. I. p. 134. t. 83. f. 1. 2. *Lacertus orbicularis spinosus.*

Hern. mex. 327. 328. *Lacertus orbicularis.*

Raj. quadr. 263. *Lacertus orbiculatus.*

Habitat in America calidiore, β) in nova Hispania.

Basiliscus. 25. L. cauda tereti longā, pinna dorsali radiata, occipitē cristato.

Laur. amph. p. 50. n. 75.

Seb. mus. I. t. 100. f. 1.

Habitat in America australi, inter Iguanas & Dracones media, occipitē intra cava membranacea, squamulis tecta, præalta, conica, compressa, latente; pinna dorsī squamata, plicatilis, quam animal in arbore quiescens complicat & expandit.

principa- 7. L. cauda subcarinata, crista gulæ integerrima, dorso
lis. lævi. *Mus. Ad. Fr.* I. p. 43. *Amæn. acad.* I. p. 286. t. 14. f. 2.

Habitat in America meridionali, tribus incertæ.

Cutis tenuissima; cauda articulata, quovis articulo ex 5 annulis squamarum tenuissimarum constato; digitorum articuli penultimi latiores.

*** *Iguanæ, dorso ciliato, dentato aut cristato, capite callis obfesso.*

Iguana. 26. L. cauda tereti longā, sutura dorsali dentata, crista gulæ denticulata.

Amæn. ac. I. p. 123. 287. & *Mus. Ad. Fr.* I. p. 43. *Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, crista dorsī longitudinali, gulæ pendula antice dentata.*

Gron. mus. 2. p. 82. n. 60. *Iguana.*

Laur. amph. p. 48. n. 71. *Iguana delicatissima.*

Marcgr. bras. 236. t. 236. *Senembi f. Iguana.*

Jonst. quadr. t. 77. f. 5.

Jacob. mus. t. 4.

Olear. mus. t. 6. f. 1. & *Clus. exot.* 116. *Yvana.*

Bont. jav. 56. t. 56. *Lacerta Leguan.*

Nieremb. nat. 271. t. 271.

Ovied. amer. l. 13. c. 3.

Red. exper. 100. t. 101.

Worm. mus. 313.

Sloan. jam. p. 333.

Raf. quadr. 265. Lacertus Senembi & Iguana.

Seb. mus. 1. t. 95. f. 1. 2.

96. f. 4.

97. f. 3.

98. f. 1.

Catesb. Car. 2. t. 64?

β) Iguana chamaeleontina. Laur. amph. p. 47. n. 65.

Habitat in India & calidiori America, insulisque utriusque vicinis, adeo mansuescens, ut hominem canis instar sequatur; capitur linea laqueari; carne sapidissima, veneris, ut fertur, noxia.

Calotes. 27. L. cauda tereti longa, dorso antice, capiteque postice dentato. Amœn. acad. 1. p. 289. Mus. Ad. Fr. 1. p. 289.

Edw. glean. t. 245. f. 1.

Laur. amph. p. 49. n. 73. Iguana Calotes.

Seb. mus. 1. t. 86. f. 6.

89. f. 2.

93. f. 2.

95. f. 3. 4.

β) Iguana chalcidica. Laur. amph. p. 48. n. 69.

Seb. mus. 2. t. 76. f. 5.

γ) Iguana minima, corpore senice, supra livido, subtus viridi. Laur. amph. p. 48. n. 70.

δ) Iguana tuberculata, collo supra aculeis latis obtusis tecto.

Laur. amph. p. 49. n. 72.

Habitat in Asia, praesertim Zeylona.

Corpus caeruleum, squamis acutis subtus striatum; dorsum spinæ lanceolatae.

super-
lioſa. 4. L. cauda carinata, dorso superciliisque squamis ciliatis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 40.

Seb. mus. 1. t. 94. f. 4.

t. 109. f. 2.

Habitat in America australi & India.

Caput retusum squamis erectis; supercilia elata, capite altiora; crista dentata a nucha ad caudæ apicem.

ſcutata. 5. L. cauda subcompressa mediocri, futura dorsali dentata; occipite bimucronato.

Laur. amph. p. 49. n. 74. Iguana clamosa.

Seb. mus. 1. p. 173. t. 109. f. 3. 4. Salamandra prodigiosa amboinenſis ſcutata.

Habitat in Asia.

Tom. 1. part. III.

Zzz

amboi- 54. L. cauda compressa longa, pinna caudali radiata, futura
nensis. dorsali dentata. *Schlosser epist. ad Dejean de lacertæ
amboinensi Amsterd. 1768. t. 1.*

β) *Lacerta javanica. Hornstedt nov. act. Stockh. 6. 2. n. 5.
t. 5. f. 1. 2.*

*Habitat in Amboina ad ripas fluviorum, 33 pollices longa,
basiliscum iguanæ necdens, carne sapidissima.*

*Corpus albo-maculatum, caput & collare viridescens albo-
striatum, dorsum & cauda fusca, abdomen griseum.*

β) *in India, 3 pedes et 8 pollices longa: Caput tetragonum
supra planum, tuberculatum, squama in medio orbicu-
lari convexa; maxillæ æquales, serie simplici margithali
dentium inæqualium acutorum, utraque 32, munitæ;
lingua crassa compressa; collum compressum, dentatum,
capitis longitudine, cute laxa squamis rotundis tecta,
gulæ sacco compresso; truncus virefcens nigro maculatus,
subtus albidus, squamarum quadrangularum ordinibus
innumeris tectus; cauda corpore triplo fere longior,
apice tetragona (feminæ rotundata), squamis carinatis
truncatis, dorso bicarinato, pinnae radiis 14, subtus
angulata; pedes pentadactyli, fissi, unguibus acutis
compressis.*

Agama. 28. L. cauda tereti longa, collo supra capiteque poffice acu-
leato, occipitis squamis reversis. *Aman. acad. 1. p.
288. Mus. Ad. Fr. 1. p. 44.*

Gron. zooph. 13. n. 54.

Laur. amph. p. 47. n. 67. Iguana cordylina.

Seb. mus. 1. t. 107. f. 1. 2.

β) *Iguana salamandrina, cauda squamis majoribus imbricata.
Laur. amph. p. 48. n. 68.*

Seb. mus. 1. t. 107. f. 3.

Habitat in America.

Corpus pallidum subtus non striatum, squamis acuminatis.

Umbra. 29. L. cauda tereti longa, nucha subcrifata, occipite cal-
loso, dorso striato. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 38.**

β) *Iguana sepiformis. Laur. amph. p. 47. n. 66.*

Habitat in meridionalibus.

*Corpus nebulosum, squamis apice carinato-mucronatis,
unde dorsum ad angulum acutum striatum; caput magis
obtusum & rotundum, quam congeneribus, occipitis
callo nudo magno; sub gula plica profunda.*

marmo- 31. L. cauda tereti longa; gula subcristata antice dentata,
rata. dorso lævi, *Amœn. acad. t. p. 129. 288. Mus. Ad.*

Fr. 1. p. 43.

Seb. mus. 2. t. 76. f. 4.

Edw. glean. t. 245. f. 2.

Habitat in Hispania & America.

Corpus compressum; cauda striata; ungues supra nigri.

cristata. 55. L. cauda lanceolata brevi pinnata, dorso cristato, corpore
poroso nudo. *Houttuyn ađ. Vlissing. 9. p. 333. n. 5. f. 4.*
Longitudo 5 pollicum; corpus ex fusco rubescens, maculis
plumbeis, a capite ad caudam supra crista inæqualiter
dentata, subpellucida; dorsi medio semipollicem alta;
caput obtusum valde crassumque; rostrum latum; pedes
fissi, anteriores tetradactyli, posteriores pentadactyli;
cauda utrinque membrana fimbriata; an forsan gyrinus?

**** Salamandræ, corpore nudo, pedibus muticis,
palmis tetradactylis.

america- 56. L. cauda lanceolata mediocri, dorso fimbriato, abdo-
na. mine flavo maculato. *Houttuyn ađ. Vlissing. 9. p. 330.*

Laurent. amph. p. 40. n. 46. Triton americanus.

Seb. mus. 1. t. 89. f. 4. 5.

Habitat in America, 4-5 pollices longa.

*Caput anterius rotundatum, collo vix crassius, rostro lato;
corpus obscure cærulescens subtus flavum nigro macula-
tum, & transverse striatum, ad latera ochroleucum;
pedes extus cærulescentes; intus flavi; fimbria a capite
ad caudæ apicem.*

palustris. 44. L. fusca, cauda lanceolata mediocri, maris dorsum crista-
tum verno tempore, crista medio altiore. *Fn. suec. 281.*

*Houttuyn ađ. Vlissing. 9. p. 328. n. 2. & Raj. quadr. p.
273. Salamandra aquatica.*

Gron. mus. 2. p. 77. n. 51. Salamandra alepidota verrucosa.

Laur. amph. p. 39. n. 43. t. 4. f. 2. Triton palustris.

Edw. glean. t. 259.

Habitat in aquis stagnantibus Europæ.

lacustris. 48. L. nigra, cauda lanceolata mediocri.

β) Salamandra palustris triplo major, nigro-punctata. *Laur.
amph. p. 39. β.*

γ) Triton zeylanicus, ex albo flavoque varius nigro macula-
tus. *Laur. amph. p. 39. n. 42.*

Seb. mus. 2. t. 12. f. 7.

- d) Triton carnifex, ater, tuberculatus, gula punctata, abdomine maculato, caudæ acie quasi crenata. *Laur. amph. p. 38. n. 41. t. 2. f. 3.*
- e) Triton alpestris, ater, tuberculatus, abdomine croceo. *Laur. amph. p. 38. n. 40. t. 2. f. 4.*
- ζ) Triton utinensis, capite globofo, dorfo nigro, luteo maculato. *Laur. amph. p. 38. n. 39.*
- η) Triton Wurfbainii, niger, fasciis albicantibus. *Laur. amph. p. 38. n. 38.*
- θ) Triton Gesneri, niger, subtus albo punctatus. *Laur. amph. p. 38. n. 37.*

Wurfbain salamandrol. Norib. 1683. 4. p. 54.
Habitat in lacubus Europæ, β) in Martinica, γ) in Zeylona, δ) in præruptis umbrosis & sabulosis, ε) in monte Etscher, piscibus infesta, uti aquatica, muria ope, ex piscinis expellenda; ipsos oculos excisos reproductos ex parte vidit & ostendit Blumenbach.

aquatica. 43. L. cauda teretiufcula mediocri. *Fn. suec. 282.*

Gronov. mus. 2. p. 78. n. 52. Salamandra alepidota, cauda teretiufcula.

Laur. amph. p. 39. n. 44. Triton cristatus.

Gesn. ovip. 31. Lacertus aquaticus.

Wurfbain Salamandrol. p. 65. t. 2. f. 3. 3.

Ad. Paris. 1729. t. 15. f. 1.

- β) Triton parifinus, fuscus vel flavescens. *Laur. amph. p. 40. n. 45. Ad. paris. 1729.*
- γ) Triton salamandroides, linea dorsali punctata alba & nigra. *Laur. amph. p. 40. n. 47.*
Wurfb. salamandrol. t. 2. f. 4.
Habitat in Europæ, β) in Galliæ, γ) in Germaniæ aquis dulcibus, stagnis, fossis, a sale communi insperso intra tria minuta moriens.
Corpus spongiosum, nigricans, atro-guttatum; gula hispida; dorsum subcristatum; cauda glabra, punctata, tænia utrinque alba longitudinali.

Salamandra. 47. L. cauda tereti brevi, corpore poroso flavo nigroque vario.

Lacerta cauda tereti brevi, pedibus inermibus, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Amœn. acad. I. p. 131. Mus. Ad. Fr. I. p. 4.*

Salamandra, Matth. Diosc. p. 274. f. 274. Gesn. quadr. 80.

Salamandra terrestris. Aldr. quadr. 641. Raj. quadr. 273.

Houttuyn act. Vliſſing. 9. p. 327. n. 1.

Salamandra maculosa. Laur. amph. p. 33. n. 51.

Roefel hist. ran. nostr. frontisp.

Wurfbain salamandrol. p. 63. t. 2. f. 2.

Jonst. quadr. t. 77. f. 10.

Imperat. nat. 918.

Olear. mus. t. 8. f. 4.

Seb. mus. 2. t. 15. f. 5.

β) *Salamandra atra*, tota. Laur. amph. p. 33. n. 50. t. 1. f. 2.

γ) *Salamandra fusca*. Laur. amph. p. 33. n. 52.

δ) *Salamandra candida*. Laur. amph. p. 32. n. 49.

Wurfb. salamandrol. t. 2. f. 1.

ε) *Salamandra exigua*, fusca, cauda compressiuscula.

Laur. amph. p. 41. n. 48. t. 3. f. 4.

Habitat in Europæ australioris, etiam Germaniæ montanis, innocens, pullos, quoad omnes partes evolutos, ovo tamen adhuc inclusos edens, ex ore, potissimum ex poris, per omnem corporis superficiem sparsos, liquorem lacteum eructans, pro psilothro præstantissimo habitum, copiosorem, calore agitata, eo ipso contra modici ignis violentiam aliquantisper se defendens, ideo olim in igne vivere credita.

strumosa. 33. L. cauda tereti longa, pectore gibbo protenso.

Salamandra strumosa. Laur. amph. p. 33. n. 53.

Salamandra mexicana strumosa. Seb. mus. 2. t. 20. f. 4.

Habitat in America calidiori.

Corpus dilute cinereum, fusco-maculatum; pectus dilute roseum; cauda obsolete fasciata.

***** Gekkones, pedibus submuticis sublobatis, pentadactylis, corpore verrucoso.

vittata. 57. L. cauda tereti longa, dorsi vitta alba dichotoma. Hout-

tuyyn act. Vliſſing. 9. p. 325. t. 2.

Habitat in India.

Corpus flavicans, parum verrucosum; cauda tenuis, fuscescens ut plurimum, albo fasciata.

Cui tribui accensenda sint lacerta scutata & gibba a S. G. Gmelin in orientali Caspii maris littore reperta, cum præter nomen locumque natalem nihil inveniam, nescio; nonne Pandeng Valentini javanica!

turcica. 13. L. cauda subverticillata mediocri, corpore griseo subverrucofo.

Lacerta minor cinerea maculata asiatica. *Edw. av.* 204.
Habitat in Oriente, exigua.

Corpus punctis fuscis irroratum, inaequale, & quasi verrucis obsoletis adpersum; cauda corpore vix longior.

rapicauda. 58. L. cauda turbinata, auribus concavis. *Houttuyn aē. Vlissing.* 9. p. 323. n. 2. f. 1.

Habitat in Americae insulis, geckone minus candida, & fusco maculata.

Verrucæ corpus obsidentes minutæ æquabiles dense aggregatæ; digiti subtus medio excavati.

Gecko. 21. L. cauda tereti mediocri, digitis subunguiculatis, auribus concavis. *Foršk. Fn. arab.* p. 13. n. 4.

Lacerta cauda tereti mediocri, pedibus pentadactylis; digitis cristatis imbricatis, corpore verrucofo. *Amæn. ac.* 1. p. 133. 232. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 46.

Lacerta cauda tereti mediocri, pedibus cristatis subtus longitudinaliter lamellosis. *Hasselq. it.* 306.

Gekko perlatus. *Houttuyn aē. Vlissing.* 9. p. 322.

Gekko teres. *Laur. amph.* p. 44. n. 57.

Salamandra. *Gronov. mus.* 2. p. 78. n. 53.

~~Salamandra indica. *Bont. jav.* 57.~~

Seb. mus. 1. t. 108. f. 1. 3. 5.

Petiv. pterogr. t. 20. f. 1.

Habitat in India, Arabia, Ægypto, australi Europa, e. g.

Neapoli, æstate in domibus frequens, hieme vix conspicua, mustelæ instar stridens, mansueta, & exagitata ad hominem confugere relata; inter pedum lamellas inferiores succum virosum emittens, quem corporibus, supra quæ decurrit, cibus etiam affricat; hinc periculosa, & colicam lethalem excitando funesta; pedibus posterioribus sæpe solis insistens erecta; nonne saurus & stellio veterum?

Verrucæ majores minoribus cinctæ; cauda nunc nuda, nunc verrucis annulata, conica, aut fusiformis.

Geitje. 59. L. cauda lanceolata mediocri; palmis tetradactylis, *Sparrmann aē. gotheburg.* 1. p. 75. t. 5. f. 1.

Habitat ad Caput bonæ spei, vix 3 pollices longa, variegata, subtus albicans, gangrænâ citrei & aurantii mali succo limitandum, & mortem ipsam excitans, cauda

pedibusque salamandris ; veneno & papillis per totum corpus sparſis geckoni propior ; an forte larva ?

***** Chamæleontes, pedibus pentadactylis, duobus tribusque digitis coadunatis, cauda tereti brevi incurva.

Chamæleon. 20. Lacerta cinerea pileo plano.

Amœn. acad. 1. p. 290-501.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 45.

Miller on var. subj. of. nat. hist. t. N. A. B.

Hasselq. it. p. 297.

Gronov. mus. 2. p. 76. n. 50.

Olear. mus. 9. t. 8. f. 3.

Bellon. it. 1. 2. c. 60.

Barthol. cent. 2. c. 62.

Best. mus. t. 12.

Valent. mus. 1. 3. c. 31.

**Kirch. mus.* 275. t. 293. f. 44.

Seb. mus. 1. t. 82. f. 2. 4. 5.

Jonst. quadr. t. 79.

Aldr. quadr. t. 670.

Calceol. mus. 658. t. 661. Chamæleon terrestris.

Laur. amph. p. 45. n. 60. Chamæleo Parisiensium.

β) Chamæleo mexicanus. *Laur. amph.* p. 45. n. 59.

Seb. mus. 1. t. 82. f. 1.

γ) Chamæleo candidus. *Laur. amph.* p. 46. n. 63.

δ) Chamæleo capite prægrandi. *Parsons Naturf.* 5. p. 184.

Habitat in Indiæ & novæ Hispaniæ arboribus, pulmonibus enormibus, totum fere corpus replentibus, ut animal eos inflando pro arbitrio detumescat, & intumescat; oculi pupilla aurata fulgentissima mobilissimi, diversis eodem tempore directionibus; noctu vigil; colorem mutans, an forsan ideri specië correpta, neque tamen colorem corporum vicinorum imitans, ut plurimum irritata.

africana. 60. L. nigra, pileo carinato.

Chamæleo africanus. *Laur. amph.* p. 46. n. 62.

Seb. mus. 1. t. 83. f. 4.

Habitat in Africa boreali, & Hispania, indole moribusque chamæleonti similis, verticis, occipitis, gulæ, dorſi, caudæ cristis albis.

pumila. 61. L. corpore lateribus cæruleſcente, lineis binis flavescens.

AMPHIBIA REPTILIA. Lacerta.

Chamaeleo bonæ spei. *Laur. amph. p. 46. n. 64.*

Seb. mus. I. t. 83. f. 5.

Habitat ad Caput bonæ spei.

***** Ameivæ f. Sepes, collari duplici, scutis abdominalibus quadratis.

Ameiva. 34. L. cauda verticillata longa, scutis abdominis triginta, collari subtus ruga duplici.

Lacerta cauda tereti corpore duplo longiore, pedibus pentadactylis, crista nulla, scutis abdominis 30. *Amæn. ac. I. p. 127. 293. Mus. Ad. Fr. I. p. 45.*

Lacerta cauda tereti corpore triplo longiore, squamis lævissimis, abdominalibus oblongo-quadratis. *Gronov. mus. 2. p. 80. t. 56.*

Lacertus indicus. *Clus. exot. 115. Raj. quadr. 270.*

Edw. av. t. 202. 203. Lacertus major viridis.

Sloan. jam. 2. p. 333. t. 273. f. 3. Lacertus major cinereus maculatus.

Worm. mus. 313. f. 313.

Seb. mus. I. t. 85. f. 2. 3.

86. f. 4. 5.

96. f. 2. 3.

2. t. 63. f. 4.

103. f. 4.

β) Seps furinamensis. *Laur. amph. p. 59. n. 98.*

Seb. mus. I. t. 88. f. 1. 2.

Habitat in America.

Caput lacertæ agilis; scuta abdominis in 8 ordines digesta.

Tiliguerta. 62. L. cauda verticillata corpore duplo longiore, scutis abdominis 80. *Cetti ansib. di Sard. p. 15.*

Habitat per omnem annum in Sardinia cespitosis, muris, campis, innocens, 7½ pollices longa.

Cauda 5 pollices longa; femora posteriora subtus linea punctorum callosorum exarata; mas viridis, maculis nigris; femina fusca.

agilis. 15. L. cauda verticillata longiuscula squamis acutis, collari subtus squamis constructo. *Fn. succ. 284.*

Lacerta cauda tereti verticillata longitudine corporis, pedibus pentadactylis unguiculatis. *Fn. succ. I. n. 1352.*

Lacerta cauda tereti longa verticillata squamis acutis, pedibus pentadactylis unguiculatis. *Syst. nat. X. I. 36. n. 6. Mus. Ad. Fr. I. p. 43.*

Lacerta cauda corpore parum longiore squamis brevissimis. *Gronov. mus. 2. p. 80. n. 57.*

Lacertus vulgaris, ventre nigro maculato. *Raj. quadr. 264.*

Lacerta minor maculata indigena. *Seb. mus. 2. t. 79. f. 5.*

Seps muralis. *Laur. amph. p. 61. n. 106. t. 1. f. 4.*

β) Lacerta collaris squamis infimis solutis, seriei intermediae scutis subrotundis. *Laur. amph. p. 61. f.*

γ) Seps viridis. *Laur. amph. p. 62. n. 111.*

Lacertus viridis. *Aldr. quadr. 634. Raj. quadr. 264.*

Lacerta viridis. *Seb. mus. 2. t. 4. f. 4 5.*

Edw. glean. t. 247. f. 2.

Roefel hist. ran. nostr. frontisp.

δ) Seps fericeus, cute tenerrima fusca. *Laur. amph. p. 61. n. 104. t. 2. f. 5.*

ε) Seps Argus, corpore ocellato. *Laur. amph. p. 61. n. 105. t. 1. f. 5.*

ζ) Seps terrestris, fuscus, utrinque serie macularum obsoletarum. *Laur. amph. p. 61. n. 107. t. 3. f. 1.*

η) Seps ruber, lateribus fuscus, dorso rufus. *Laur. amph. p. 62. n. 108. t. 3. f. 3.*

θ) Seps caeruleus, ex caeruleo margaritaceo, triplici utrinque ocellorum serie. *Laur. amph. p. 62. n. 109. t. 1. f. 3.*

ι) Seps varius, viridis, fusco punctatus, collari rufo. *Laur. amph. p. 62. n. 110. t. 3. f. 2.*

κ) Seps caeruleus, capite albo, dorso longitudinaliter striato, pedibus posterioribus maculatis. *Laur. amph. p. 63. n. 112.*

Seb. mus. 1. t. 33. f. 9.

λ) Seps murinus, caeruleus ad latera albo guttatus. *Laur. amph. p. 63. n. 113.*

Seb. mus. 2. t. 105. f. 2.

Habitat in Europa ad lacum Baikal, pulchrius colorata in India, κ) in America, innocentissima, elegantissima, agilissima; aprica, arida, rupes, muros amat. Caro γ) cruda venerea aliisque humorum corruptelis corrigendis nuperius commendata.

Collare subtus squamis septem majoribus; abdominis scuta in sex plerumque ordines digesta; femora posteriora subtus linea punctorum callosorum notata; caudae squamae lineares, parallelae, acutae, carinatae.

Seps. 17. L. cauda verticillata longiore, futura laterali reflexa, squamis quadratis.

AMPHIBIA REPTILIA. Lacerta.

Lacerta cauda verticillata, pedibus subpentadactylis, squamis quadratis. *Amœn. acad.* 1. p. 293.

- β) Seps variegatus, spadiceo varius, capite ex albo nigroque vario. *Laur. amph.* p. 59. n. 100?
- γ) Seps marmoratus, ex atro cæruleus, fasciis albis confluentibus, maculis rotundis intermixtis. *Laur. amph.* p. 59. n. 101?

Habitat in meridionalibus.

Corpus tectum supra subtusque squamis truncatis, ordinibus 8, adeoque striis longitudinalibus & transversis; abdomen planum; cauda corpore sesquialongior, verticillis circiter 50; pedes breves, remotissimi, cursorii.

- velox. 63. L. cauda verticillata longiuscula, collari subtus squamis constructo, corpore supra cinereo, strigis 5 longitudinalibus dilutioribus punctisque fuscis vario, ad latera nigro maculato & cærulescente punctato. *Pall. it.* 1. p. 457. n. 12.

Habitat circa lacum Inderskiefem & in deserti locis æstuosissimis vagabunda inter saxa, telo velocior, agili affinis, sed multo minor & gracilior.

Pedes posteriores areolis orbiculatis picti.

- cruenta. 64. L. cauda verticillata supra cinerea subtus coccinea apice albicante, colli subtus plica transversa. *Pall. it.* 1. p. 456. n. 13.

Habitat rarior circa lacus salfos australis Sibirix, velocis forma, sed triplo minor, & capite acutiore.

Corpus subtus album, supra fuscum strigis cervicis 7 albis, quarum 4 ad caudam usque continuantur; artus maculis orbicularibus lacteis varii, linea punctorum callosorum in femoribus nulla.

- arguta. 65. L. cauda verticillata brevi basi crassiuscula, apice filiformi, collari squamis obsoletis plicaque sub collo duplici insigni. *Pall. it.* 2. p. 718. n. 40.

Habitat in aridis, glareosis, apricis, ad fluvium Irin australiorem, rarior circa mare Caspium, inque deserto arenoso finitimo, agili affinis, sed brevior, ventricosior, rostro acutiore, punctis femorum obsoletis paucioribus.

Corpus subtus album, supra glaucum, fasciis crebris transversis nigris subconfluentibus, per caudæ basin distinctissimis, quarum singulæ continent puncta ocellaria 4-5 dorsi colore.

algira. 16. L. cauda verticillata longiuscula, corpore lineis utrinque duabus flavis.

Habitat in Mauritania. E. Brander.

Corpus vix digito longius, supra fuscum, subtus flavescens; dorsum squamis carinatis, acutioribus; utrinque linea flava inclusum, altera utrinque abdomen distinguente a lateribus.

Tiligugu. 66. L. cauda tereti mediocri conica, digitis pedum 5 marginatis, totidemque unguiculis. *Cetti ansib. di Sard. p. 21.*

Habitat in Sardinia, 8 pollices longa.

Corpus crassum, supra fuscum punctis nigris dense aggregatis varium, subtus albidum; pedes brevissimi, posteriores longiores; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices longa.

uralensis. 67. L. cauda tereti longiuscula, collo subtus plicato, pedibus omnibus pentadactylis, dorso ex cinereo livido, rugoso & subverrucoso. *Lepechin it. 1. p. 317. t. 22. f. 1.*

Habitat in deserto Uralensi, 4 pollices longa, velox.

Caput subrotundum; corpus subtus albidum.

bullaris. 32. L. cauda tereti longa, vesica gulari.

Catesb. Car. 2. t. 66. Lacerta viridis jamaicensis.

Habitat in Jamaica, parva viridis.

Sub gula globus ruber retractilis, quem inflat territum animal.

aurita. 68. L. cauda tereti mediocri utrinque ad latus callosis punctis aspera, plica gulæ transversa subgemella, oris angulis utrinque in cristam semiorbiculatam mollem scabram dentatam dilatatis. *Pall. it. 3. p. 702. n. 36. t. U. f. 1.*

Habitat in collibus arenosis Sibiria australis Naryn, & in deserti Comani sabuletis, geckone fere major, supra ex cinereo & lutescente nebulosa, atomis creberrimis fuscis, subtus exalbida, sterni litura caudæque subtus apice atris.

Caput retusum; crista in vivo animali sanguine turgida; parotides utrinque muricatae; corpus ventricosum, depressum, una cum cauda & pedibus punctis acute prominentibus scabrum; digiti pedum 5 unguiculati, intermediis 3 serratis, 2 bifariam, interior uno versu.

Teguixin. 34. L. cauda tereti longa, futura laterali plicata, collo subtus plica triplici.

Lacerta cauda tereti longa, pedibus pentadactylis, crista nulla, hypochondriis plicatis. *Amæn. acad. 1. p. 128. Mus. Ad. Fr. 1. p. 45.*

Seb. mus. 1. t. 96. f. 1.

98. f. 3.

Habitat in India, & australi America.

Dorsum & cauda striis confertissimis verticillata.

heliocopa. 69. L. cauda imbricata basi crassa apice acuta, collo subtus plica transversa, capite callis aspero. Pall. it. 1. p. 457. n. 11.

Habitat copiosa in deserti australioris Sibiriae australis collibus ardentissimis, cursu celerrima, minus tamen serpentino, quam agili, caput surrectum soli obvertens, mauritanicae facie, digiti longitudine, una cum aurita geckonibus affinis.

Caput retusissimum, vix labiis naribusque paululum prominentibus; supercilia subsquamata; palpebrae punctulatae, margine asperiores; collum quasi filo constrictum; cervix ad ipsos humeros tuberculo obliquo muricato inaequalis, & areola saepe coccinea adjacente ornata; corpus breve, supra exalbido-griseum, vel cinereum, fusco glaucoveguttatum & quasi araneosum, subtus albidum; lateribus ventricosum, supra verrucis minoribus sparsis, subtus squamulis acutis minoribus constitum; caudae squamae aequales, apex supra fuscus, subtus miniatus vel pallidus.

Plica. 30. L. cauda tereti longa, occipite calloso, palpebris supra excoriatis, collo lateribus verrucoso subtus plicato.

Habitat in America australi & India, vix digito major, undique squamis conicis tecta.

Supercilia subcrenata, cicatrice supra membranacea, sulco transversim tripartita; ponte aures ad latera capitis collique verrucæ & muricatae; colli subtus plica duplex, & ruga ab hoc supra brachia utrinque excurrentes, & in medio trunci descendentis, elevata; dorsi futura squamis majoribus anterieus quasi crenata; cauda squamis minutissimis tecta, vix manifeste verticillata, corpore duplo longior; digiti longi, subtus squamis acutioribus scabri; ungues compressi.

***** Lacerti, collari plicave colli nulla, corpore lineato aut fasciato squamoso, lingua bifida.

sexlineata. 18. L. cauda verticillata longa, dorso lineis sex albis. Catesb. Carol. 2. t. 68.

Habitat in Carolina, lemniscata similis, inter ameivas & lacertos ambigua. D. Garden.

Dorsum canescens, linitis angustis 3 albis, totidemque nigris pictum; sub collo ruga 2; femora posterius ordine punctorum callosorum aspera.

quinque-lineata. 24. L. cauda tereti mediocri, dorso lineis quinque albidis. *Habitat in Carolina. Garden.*

Caput lineis 6 flavis, 2 inter oculos, 1 utrinque supra oculos & 1 utrinque sub oculis; dorsum nigricans, lineis ad medium caudae, corpore sesquolongioris, productis; abdomen striato-imbricatum.

nilotica. 37. L. cauda longa extimo triquetra, corpore glabro, dorso squamarum lineis quatuor.

Lacerta cauda tereti longa, corpore toto glabro: squamis angulo obtuso notatis. Hasselq. it. p. 311. n. 59.

Habitat in Aegypto.

interpunctata. 38. L. cauda tereti longa, dorso lineis duabus flavis: punctis nigris interspersis. *Mus. Ad. Fr. p. 46.*

Laur. amph. p. 58. n. 96. Stellio punctatus.

Seb. mus. 2. t. 2. f. 9.

Habitat in Asia, exigua.

Dorsum lineis duabus inclusum & a lateribus distinctum; in area 6 ordinibus punctorum fuscorum longitudinalibus, totidemque in utroque latere pictum; pedibus caudaque similiter punctatis.

lemniscata. 39. L. cauda tereti longa, dorso lineis octo albidis. *Mus.*

Ad. Fr. 1. p. 47.

Laur. amph. p. 60. n. 103.

Seb. mus. 1. t. 92. f. 4.

53. f. 9.

2. t. 9. f. 5.

Habitat in Guinea, ameivae multum affinis.

Femora albo-punctata.

fasciata. 40. L. cauda tereti longiuscula caerulea, dorso lineis quinque flavescensibus.

Cutesb. Car. 2. t. 67. Lacerta cauda caerulea.

Pet. gaz. 1. t. 1. f. 1. Lacertus marianus minor, cauda caerulea.

Habitat in Carolina.

- vulgaris. 42. L. cauda tereti mediocri, pedibus unguiculatis, palmis tetradactylis; dorso linea duplici fusca. *Fn. suec.* 283.
Fn. suec. 1. n. 254. Lacerta pedibus inermibus, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore livido: linea dorsali duplici fusca.
Raj. quadr. 264. Lacerta vulgaris.
Habitat in Europa, larva sub aquis.
- japonica. 70. L. cauda tereti longa, pedibus unguiculatis, palmis tetradactylis, dorso vittato.
Salamandra japonica. Houttuyn ađ. Vlissing. 9. p. 329. n. 3. f. 3.
Habitat in Japonia.
 Corpus lividum, subtus flavum, tænia dentata lata, lutea, ab occipite ad caudæ apicem producta; oculi exigui, palpebris magnis asperis; ungues nigri; cauda apice subcompressa.
- deserti. 71. L. cauda tereti longiuscula, pedibus pentadactylis, corpore supra nigro: lineis sex albis longitudinalibus.
Lepéchin it. 1. p. 317. t. 22. f. 4. 5.
Habitat in deserto Uralensi, paulo duobus pollicibus longior.
 Corpus subtus album; dorsi striæ ex maculis oblongis; inter utramque striam extimam & proximam puncta 5 alba.
- quadri- 46. L. cauda tereti longa, pedibus subunguiculatis, palmis lineata. tetradactylis, corpore lineis quatuor flavis.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 46. Lacerta cauda tereti longa, pedibus subunguiculatis fissis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Habitat in America septentrionali?
- punctata. 45. L. cauda tereti mediocri, pedibus muticis, palmis tetradactylis, dorso longitudinaliter albo-punctata.
Catesb. Car. 3. t. 10. f. 10. Stello.
Habitat in Carolina.
 Corpus fuscum, serie punctorum alborum in dorso duplici, in cauda simplici.
- sputator. 72. L. cauda tereti mediocri subtus scutorum serie longitudinali, pedibus muticis pentadactylis, corpore cinereo: supra fasciis albis antè & postè hepatico-marginatis. *Sparrmann nov. ađ. Stockh.* 5. 2. n. 9. t. 4. f. 1.-3.
Habitat in Americæ australis mercibus ligneis, domibus inter homines, in parietibus decurrens, mansueta & insons,

nisi laceffita ; iracunda autem salivam atram, acrem, inflammantem in adversarium eructans, plaga tamen camphoræ, aut spiritus vini vel sacchari imposito sananda, bipollicaris.

Totum animal, maxillarum apice extremo, & caudæ superficie inferiori exceptis, squamis minutis truncatis teñum ; lingua teres apice subemarginatæ, cauda apicem versus & pedes fusco maculati.

***** Stinci, abdomine squamis imbricatis teño, lingua integra.

Scinciformis. 72. L. cauda brevi, corpore ex atro viridescente, capite cataphracto, dorso plano, femoribus posterioribus posterius punctis callofis obfistis.

Seps scinciformis. *Laur. amph. p. 58. n. 97.*

Stincus. 22. L. cauda tereti mediocri apice compressa, digitis muticis marginatis.

Scincus. *Gronov. mus. 2. p. 76. n. 49. Raj. quadr. 241.*

Laur. amph. p. 55. n. 87. Scincus officinalis.

Imperat. nat. 906. Lacerta lybia.

Aldrov. ovip. l. 1. c. 12. Lacertus cyprius scincoides.

Seb. mus. 2. p. 112. t. 105. f. 3.

Best. mus. 1. 12. f. 1.

Olear. mus. 9. t. 8. f. 1.

Amœn. acad. 1. p. 294.

Hasselq. act. upf. 1750. p. 30.

- - itin. p. 309. n. 58.

β) Scincus stellio, cauda longissima, digitis teretibus. *Laur. amph. p. 55. n. 88.*

Seb. mus. 2. t. 10. f. 4. 5.

Habitat in Lybiæ, Ægypti, Arabiæ petrææ montosis, olim tanquam aphrodisiacum medicamentum in officinis.

Corpus totum cum capite & cauda squamis imbricatis teñum.

ocellata. 73. L. cauda tereti brevi, corpore subtus albo, supra ex griseo virescente : ocellis subrotundis radio fuscis, disco rectangulo albis. *Forsk. Fn. arab. p. 13. n. 4.*
Habitat in Ægypto ad ædes, pulchella, spithamam longa.
Corpus depressum ; pedes breves pentadactyli, absque verrucis.

aurata. 35. L. cauda tereti longiuscula, squamis rotundatis glabris, lateribus subfuscis.

AMPHIBIA REPTILIA. Lacerta.

Amœn. ac. 1. p. 294. Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, squamis rotundatis lævissimis subgriseis, lateribus subfuscis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 46. Lacerta barbara.

Gronov. mus. 2. p. 75. n. 48. Scinpus.

Laur. amph. p. 59. n. 99. Seps zeylanicus.

Seb. mus. 1. t. 8. f. 3.

Edw. glean. t. 247.

Aldr. quadr. 660. Lacertus cyprius scincoides.

Habitat in Jersea Anglorum, Cypro, viva auri colore pulcherrime resplendens, cum vita recedente.

Corpus teres quasi pingue; aures concava.

guttata. 74. L. cauda tereti longa: maculis quatuor transversis & apice nigris, corpore supra cano albido guttato, subtus albido. *Lepechin it.* 1. p. 317. t. 22. f. 2. 3.

Habitat in deserto Uralensi, ultra 3 pollices longa.

Corpus supra glabrum; pedes pentadactyli, unguiculati. a)

***** Chalcidæ, supra ventrem se promoventes, mediæ inter lacertas & angues.

Chalcides. 41. L. cauda tereti longa, pedibus pentadactylis brevissimis. *Syst. nat.* X. 36. n. 7.

Gron. zoolph. 43. Scincus pedibus brevissimis pentadactylis unguiculatis, cauda truncoque longissimis cylindraceis.

Imper. nat. 97. Cæcilia major.

Raj. quadr. 272. Seps f. Lacerta chalcidica.

Column. eophr. 1. p. 35. t. 36. Seps, Lacerta chalcidica f. Chalcides.

Laur. amph. p. 65. n. 114. Chalcides tridactyla Columnæ,

Aldr. quadr. 638. Lacerta chalcidica.

Habitat in Europa australi & Africa.

Serpens. 75. L. capite, corpore caudaque continuis cylindricis, pedibus minimis remotissimis pentadactylis unguiculatis. *Bloch Besch. der berl. Naturf.* 2. p. 28. t. 2.

Anguis quadrupes. Syst. nat. XII. 1. p. 390.

Habitat in Java, 4½-5½ pollices longa, tota squamis imbricatis tecta, ab apice oris ad pedes posteriores usque cylindrica, forma vermis vel anguis, striis surpa longitu-

a) Huic ordini adscribendus quoque videtur *Scincus gigas Amboinensis* a *Boddart* nov. ad. ac. *Cæsar.* VII. p. 15. dictus.

dinalibus fuscis 14-15-20, supra cinerea, subtus argentea, vel supra spadicea, subtus cinerea, meatu auditorio utique instructa.

anguina. 49. L. cauda verticillata extremo rigidula, corpore striato pedibus adactylis subulatis. †

Gron. zooph. 44. Scincus pedibus brevissimis monodactylis, anticis nullis, cauda apice nudo.

Laur. amph. p. 64. n. 115. Chalcides pinnata.

Seb. mus. 2. t. 68. f. 7. 8. Vermis serpentiformis ex Africa.

Habitat in Capitis bonæ spei lutosis mihi non visa.

Caput depressiusculum; aures transversales; corpus teres, longissimum, verticillatum, squamis undique linea longitudinali exaratis; anus transversus mox pone femora; cauda corpore duplo longior, apice acutissimo; pedes sex: anteriores angustiores, cæci squamis subacutis.

bipes. 76. L. corpore subæquali tereti imbricato pallido, squamarum singularum puncto fusco, pedibus anterioribus nullis, posterioribus didactylis muticis.

Anguis bipes. Syst. nat. XII. 1. p. 390. n. 60. Mus. Ad. Frid. 1. p. 21. t. 28. f. 3. Laur. amph. p. 67. n. 123.

Seb. mus. 1. t. 53. f. 8.

86. f. 3.

Habitat in America australi & India.

Squamæ abdominales 100, subcaudales 60. An huc spectat serpens ille sive nigræ inquilinus bipes, cujus Sander Naturf. 17. p. 246. mentionem injicit?

apus. 77. L. capite & corpore continuis una cum cauda longa teretibus imbricatis pallidis, pedibus anterioribus nullis, posteriorum subdidactylorum vestigio. *Pall. it. 3. p. 702. nov. comm. Petropol. 19. p. 435. t. 9.*

Habitat in convallibus herbidis deserti Sibiricæ australis Naryn & ad fluvios Sarpam, Kumam, Terekum, anguis facie externa, laceratæ organis & fabricæ interna.

Squamæ corporis in annulos digestæ; caudæ corpore multo longioris, fragilis, rigidissima; multangula-prisnaticæ, squamæ argute carinatæ,

I I. S E R P E N T E S.

Os respirans tantum pulmonibus.

Corpus teres, collo non distincto, undulatum mobile.

Maxillæ dilatabiles, non articulatæ.

Pedes, pinnae natatoriæ, aures externæ nullæ.

123. CROTALUS. *Scuta abdominalia.*

Scuta squamæque subcaudales.

Crepitaculum terminale caudæ.

Scutis. Scutellis.

miliarius. 13—31. 163. Cr. D. Garden.

Catesb. Car. 2. t. 42.

Habitat in Carolina.

Cinereus maculis nigris serie triplici longitudinali dispositis; macula rubra inter singulas dorsales.

horridus. 167—23. 192. Cr. Mus. Ad. Fr. 1. p. 39.

Boddaert. nov. ad. ac. Casf. 7. p. 16. n. 1.
Crotalus maculis trigonis fuscis.

Laur. amph. 1. p. 93. n. 203. Caudifona
terrifica.

Bradl. Natur. t. 9. f. 1.

Seb. mus. 2. t. 95. f. 1.

Michael. Goetting. Magaz. 4. 1. p. 90.

Habitat in America, venenatissimus, ad 6 pedes longus, & brachium viri crassitie æquans, a sue absque noxa devoratur: antidotum radix polygalæ senega, potentius scarificatio & potius largissimus lactis tepidi; aves sciurique ex arboribus non raro in fauces inhians apertas incidunt, hodie semper cum cultura magis extirpatus.

Scutis. Scutellis.

- Dryinas. 165 — 30. 195. Cr. *Amoen. acad.* 1. p. 297.
Boddaert. nov. ad. ac. Casf. 7. p. 16. n. 3.
 Crotalus exalbidus maculis flavescens.
Laur. amph. p. 94. n. 206. Caudifona
 Dryinas.
- 164 — 28. β) *Laur. amph.* p. 94. n. 207. Crotalus orientalis.
Seb. mus. 2. t. 95. f. 3.
 96. f. 1.
Habitat in America.
- Durissus. 172 — 21. 196. Cr. *Amoen. acad.* 1. p. 300.
Boddaert nov. ad. ac. Casf. 7. p. 16. n. 2.
 Crotalus albus maculis rhombeis.
- 170 — 30. *Weigel ad. Societ. Hal.* 1. p. 7.
Laur. amph. p. 93. n. 204. Caudifona
 Durissus.
Kalm. ad. Stockh. 1752. p. 310. & 1753.
 p. 52. 185.
Catesb. Car. 2. t. 41.
Seb. mus. 2. t. 95. f. 2.
- β) *Caudifona Gronovii. Laur. amph.* p. 94.
 n. 205.
- 174 — 22. *Gron. mus.* 2. p. 70. n. 45. Crotalophorus 3.
- 163 — 170 — 20 — 29. γ) Crotalus fasciis capitis collique duabus nigris. *Vosmaer monogr.* 1767.
Habitat in America, a 1½ ad 4½ pedem longus, pone arbores, truncis caducis

Serpentes ob maxillas summe dilatabiles nec articulatas, oesophagum laxissimum pradam collo duplo & triplo crassiorum ingurgitant non masticatam, colore pro anni tempore, aetate, vita genere, asservationis artificii quam maxime variabili, saepius post mortem evanido aut in alienum abeunte, prorepant distractis scutellis undulatis, fetent glandulis putoriis, primo vere exeuntes exuunt exuvias, (nostrates certe) hybernant, crescunt aestate absque termino, cute reticulata, spina dorsali cartilaginea, abdomine costato, lingua filiformi bifida instructi; colubri multi, signo ideo ♂ notati, crotali omnes morsu venenati, effectum tamen non semper perinde funesto, vix unquam, nisi lacestiti; hi in sola America calidiorum inquitini moto prius sonoro caudae crepitaculo, ex articulis membranaceis cavis ossae duritiei, cum aetate numero ad 40 usque crescentibus conflato monent aut terrent, capite lato squamis magnis testis & carinatis, rostro rotundato-obtusogaudent; Bois caput simile, sed cauda in acumen desinens, virus nullum, corpus obesum; patria his America & Asia, possimum australis.

A a a a 2

sæpe absconditus, ut incauti pedibus facile feriant, & ad morsum irritent; solidaginis & aristolochiæ species americana tanquam antidota prædicantur.

Color ex albo & flavo varius, maculis rhombeis nigris, disco albis.

Scutis. Scutellis.

mutus. 217 — 34. 241. Cr.

Habitat Surinami, magnus, maxilla telis maximis horrendus, maculis dorfi nigris, rhombeis, concatenatis, linea pone oculos nigra, crepitaculi vices supplente squamarum minutissimarum acuminatarum ordine quadruplici: an verus Crotalus?

124. BOA. *Scuta abdominalia.*

Scuta subcaudalia (absque crepitaculo.)

* *capite squamis imbricato.*

contortrix. 150 — 40. 190. B. D. Garden.

Syst. nat. X. 1. p. 216. n. 170. C. Constrictor.

Boddaert nov. aed. ac. Cæs. 7. p. 18. n. 6. Boa corpore dorfato cinereo maculis fuscis lateralibus rotundis.

Catcb. Car. 2. t. 56.

Habitat in Carolina, lata, valde convexa. Sacculi venenati, nulla autem tela; cauda $\frac{1}{2}$ longitudinis totius animalis efficit.

canina. 203 — 77. 280. B. Mus. Ad. Fr. 1. p. 39. t. 3.

Boddaert nov. aed. ac. Cæs. 7. p. 17. n. 3. Boa viridis, maculis albis annulatim digestis.

Laur. amph. p. 89. n. 193. Boa thalassina.

Gronov. zooph. p. 125. n. 136.

Seb. mus. 2. p. 101. t. 96. f. 2. Serpens Bojobi brasiliensis, Tetrauchoatl Tleola, Lusitanis Cobre verde.

β) *Boa aurantiaca. Laur. amph. p. 89. n. 194.*

Seb. mus. 2. t. 81. f. 1. p. 36. *Serpens Bojobi ceylonica.*

Habitat in Americæ arboribus, viridis, fasciis albis interruptis.

Scutis. Scutellis.

Hipnale. 179—120. 299. *B. Mus. Ad. Fr.* 2. p. 41. *
Boddaert nov. ad. ac. Cæs. 7. p. 17. n. 4.
 Boa flavescens, dorso ocellis albis.
Laur. amph. p. 89. n. 195. Boa exigua.
Seb. mus. 2. t. 34. f. 2.
Habitat in regno Siam.

Constrictor. 240—60. 300. *B. Amæn. acad.* 1. p. 497. t. 17. f. 3. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 38.
 248—60. *Gronov. zooph.* p. 26. n. 134. Cenchris.
 242—30. *Boddaert nov. ad. ac. Cæs.* 7. p. 18. n. 5.
 Boa maculis variegatis rhombis.
Laur. amph. p. 107. n. 235. Constrictor formosissimus.

Seb. mus. 1. t. 36. f. 5.
 101. f. 1.

β) Constrictor res serpentum. *Laur. amph.* p. 107. n. 236.

Seb. mus. 2. t. 99. f. 1.
 t. 104. f. 1.

γ) Constrictor auspex. *Laur. amph.* p. 108. n. 237.

Seb. mus. 1. t. 53. f. 1.

δ) Constrictor diviniloquus. *Laur. amph.* p. 108. n. 238.

Seb. mus. 2. t. 100. f. 1.

Habitat in India, insulis oceani indici, & America calidiore, pulchra, insignis, ad 12 ulnas & ultra longa, cervos aliaque id genus animalia etiam majora, quibus se circumvolvit, constricta, costis contritis, deglutiens, ab Americanis adorata.

Cenchris. 265—57. 322. *B. Mus. Ad. Fr.* 2. p. 41. *
Boddaert nov. ad. ac. Cæs. 7. p. 18. n. 7.
 Boa flavescens ocellis albidis, iride grisea.
Habitat Surinami.

Scutis. Scutellis.

- Ophrias. 281 — 84. 345. B. *Mus. de Geer.*
Laur. amph. p. 109. n. 239. Constrictor
orphias.
Facie constrictoris, sed fusca.
- Enydris. 270—105. 375. B. *Mus. de Geer.*
Boddaert nov. ad. ac. Cæs. 7. p. 18. n. 8.
Boa colore griseo variegata.
Habitat in America.
Dentes inferiores longi.
 * * *capite scutis teño, rostro obtuso.*
- murina. 254 — 65. 319. B. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 42. **
 254 — 69. *Gronov. mus. 2. p. 70. n. 44. Coluber.*
Boddaert nov. ad. ac. Cæs. 7. p. 17. n. 2.
Boa glauca, maculis nigris rotundatis.
Seb. mus. 2. t. 29. f. 1.
Knorr. delic. nat. sel. t. 58?
Habitat in America.
- Scytale. 250 — 70. 323. B. *Gronov. mus. 2. p. 55. n. 10.*
 250 — 26. *Boddaert nov. ad. ac. Cæs. 7. p. 17. n. 1.*
Boa albida, fasciis atris.
Scheuchz. sacr. t. 737. f. 1.
Habitat in America, incolis esculenta, ran-
nis, lacertis aliisque ejusmodi victitans,
capras etiam, oves, &c. constringens &
deglutiens, homini non adeo perniciosã.
Corpus ex cinereo glaucum: maculis dorsi
orbiculatis nigris, lateralibus annulatis
nigris disco albo; ventralibus oblongis,
quasi o punctis nigris concatenatis.
- Hortula. 290—128. 418. B. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 37.*
 na. *Seb. mus. 2. t. 74. f. 1.*
 t. 84. f. 1.
Habitat in America, pallida maculis li-
vidis cuneiformibus.
Caput areolis luteis horti instar ornatum.

125. COLUBER. *Scuta abdominalia.*
Squamæ subcaudales.

Scutis. Scutellis.

- Vipera. 118—20. 140. ♂
*C. Mus. Ad. Fr. 2. p. 43.**
Hasselq. ad. Ups. 1750. p. 24.
itin. p. 340. n. 60.
Laur. amph. p. 105. n. 231. Aspis Cleo-
patræ.
Habitat in Ægypto, medicis olim officinalis.
Corpus nitidum, squamis planis appressis,
brevissimum, pallidum, maculis fuscis;
caput gibbum, squamis, minimis im-
bricatum; oculis superne sitis.
- variegatus. — — — *C. supra ex spadiceo, griseo & albo va-*
rius, subtus & ad latera luteus.
Aspis variegata. Laur. amph. p. 106. n. 223.
Seb. mus. 2. t. 2. f. 8.
Habitat in America, capitis corporisque
fabrica viperæ similis.
- renosus. — — — *C. ex cinereo rufus, venis albis transversis,*
capite elongato.
Aspis Cobella. Laur. amph. p. 106. n. 232.
Seb. mus. 2. t. 2. f. 5.
Habitat in America, capitis corporisque
figura & superficie viperæ affinis.
- intestinalis. — — — *C. corpore æquali tenui, laterum dorisque*
linea longitudinali, hac ante oculos bifurca.
Aspis intestinalis. Laur. amph. p. 106. n. 234.
Seb. mus. 2. t. 2. f. 7.
Habitat in Africa, nonne viperæ varietas?
- Lachesis. — — — ♂
C. capite indistincto, fascia oculari trans-
versa nigra.
Cobra Lachesis. Laur. amph. p. 104. n. 229.
Seb. mus. 2. t. 94. f. 2.
Cum duabus insequentibus viso hoste squa-
mas agit, striduloque motu de periculo
monet.
Caput, prouti duabus insequentibus specie-
bis, squamis imbricatum, oculis superne
sitis; scuta & squamæ corporis laxæ, ca-
rinatæ, squamosæ, quas agitando extu-
rit, hinc color varius, magnæ, rotun-

da, margine albæ, aliæ densiores nigri-
cantes, aliæ rariores cinereæ.

Scutis. Scutellis.

- Clotho. — — — C. capite indistincto, scutorum gulæ cari-
na macula alba, tenuissime caudata.
♂ Cobra Clotho. *Laur. amph. p. 104. n. 228.*
Seb. mus. 2. t. 93.
Habitat in Zeylon & Cuba.
Scuta & squamæ magnæ rotundæ, densæ
fuscæ, rariores flavæ.
- Atropos. 231 — 22. 153. C. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 22. t. 13. f. 1.*
♂ Cobra Atropos. *Laur. amph. p. 104. n. 230.*
Habitat in America, canus, ocellorum fus-
corum iride alba quadruplici serie notatus.
Caput cordatum, gibbum, maculis 4 aut
pluribus atris; squamis lanceolatis.
- Leberis. 110 — 50. 160. C.
♂ *Habitat in Canada. Kalm.*
Fasciæ lineares nigrae.
- Lutrix. 134 — 27. 161. C.
Habitat in America australi & India, fla-
vus, ad latera cærulefscens.
- Calama- 140 — 22. 162. C. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 23. t. 6. f. 3.*
rius. *Habitat in America, lividus, fasciis punc-*
tisque linearibus fuscis, subtus fusco-
Caput depressum; os scabrum, mandibula inferior paulo longior; lingua obtusa emarginata; branchiarum aperturæ maxillares laterales, opercula anteriora spina gemina, posteriora spina solitaria; truncus valde depressus, lividus, anum in medio habens; pinnæ ventrales remotæ, dorsalis anterioris radius primus brevissimus remotus. Piscis inter callionymos, uranoscopus & trachinum quasi medius.

baikalen-4. C. pinnis ventralibus nullis, dorsali prima minima, secundæ radiis cirrhiferis.

Pall. it. 3. p. 707. n. 49. Br. 6. D. 8, 28. P. 13. V. 0. A. 32. C. 13.

PISCES JUGULARES. *Callionymus*.

Habitat in lacus Baikal abyssis, unde æstivis tempestatibus subinde catervatim in littus egeritur, dodrantalis, motilis, totus quasi oleo diffluens, gracilis, compressusculus, a capite sensim decrefcens, an Callionymus?

Caput magnum, basi subtetragonum, vertice planum, temporum carina bituberculata; oculi majusculi, ad frontem nigri; rostrum latum depressum; os amplissimum; mandibulæ margine crassæ, uncinulis confertis scabræ, inferior prominens, apice glabra, subacuta; membrana branchiostega laxa, radiis remotissimis cartilagineis; pinnæ pectorales laxæ, longissimæ, dimidio corpori æquales, radiis tenuissimis rigidis; dorsalis secundæ radii pariter rigidi, 15 longissimi; ex radiis analis 2 & 16; cauda biloba pinnis robustior; linea lateralis dorso propior,

ocellatus. 5. C. pinnæ dorsalis prioris membrana fasciis fuscis, & ocellis quatuor fuscis picta. *Pall. spic. zool. 8. p.*

25. t. 4. f. 13.

Br. 5-6. D. 4, 8. P. 20. V. 5. A. 7. C. 10.

Habitat in mari, Amboinam circumfluente, digiti minimi magnitudine. ex cinereo fuscoque varius, punctis in cinereo emicantibus albis, subtus albidus, teretiusculus, attenuatus, prope caput magis depressus, congeneribus magis obesus.

Caput minus & acutius, quam congeneribus, vertice planiusculo, rostro obtuso; oculi parvi laterales; os exiguum, labiis carnosis, tumidulis, superiore duplicato; branchiarum opercula acuta, simplici spina munita, membrana extus punctata; pinna dorsalis anterior mari minuta, tota atra, radiis setaceis flexilibus; femina lata, membrana radios necente picta, inferne fasciis fuscis lineæ nigro-marginatæ albæ inclusis, superne ocellis centro atris, circulo albo nigro-marginato inclusis; pinna dorsi posterior humilior fusca, lineis albis parallelis picta; pinnæ pectorales hyalinæ, basi albo-punctatæ, radiis bis fusco interruptis, mediis 4 longioribus; pinnæ ventrales magnæ, laciniatæ nigrae, margine albæ: radiis crassissimis ramosissimis; pinna anteferrata nigra basi alba, radiis 2 primis setaceis, reliquis bifidis; anus paulo ante medium corporis, & pone eum in fossula recumbens femina pedunculus exiguus conicus; linea lateralis recta; cauda rotundata, basi albo-punctata: radiis fusco interruptis.

Sagitta. 6. C. capite triangulari, membrana branchiostega triradiata, pinnarum dorfi radiis æqualibus. *Pall. spic.*

1001. 8. p. 29. t. 4. f. 4. 5. Br. 3. D. 4, 9. P. 11. V. 5. A. 8. C. 10.

Habitat in mari Amboinam alluente, 3 pollices longus, supra fuscescens griseo canescente nebulosus, subtus ex griseo albidus, macer prope caput depressus, ceterum attenuatus, convexo-tetraedris.

Caput magnum latum, valde depressum, rostro subacuto, in cuius apice os parvum, labiis exilibus, superiore anguste duplicato; mandibulæ scabræ; lingua brevissima, plana, semidiscoidea; oculi approximati exigui, iride argentea; branchiarum opercula mollia; lamina posteriore lata, ad pinnas pectorales usque extensa, priore in spinam longam subulatam terminata, interne denticulis retrorsum serrata; pinna dorfi prior parvula, posterius fascia atra picta, secunda & pinna pectorales hyalinæ ex fusco & albido variæ; pinnae ventrales laciniatæ, fusco-punctatæ, radiis ramosissimis; analis humilis, radio ultimo ramoso; anus paulo ante medium corporis; linea lateralis recta, versus caput obsoleta; cauda extremo rotundata, superne fusco-maculata.

japonicus. 7. C. pinna dorsali priore oculo nigro picta, radio primo in pilos binos semipollicares terminato. *Houttuyt auct. Haarlem. XX. 2. p. 313. n. 1.*

D. 4, 10. P. 17. V. 5. A. 8. C. 9.

Habitat in mari Japoniam alluente, 9 ½ pollices longus, variegatus, lævis, teretiussculus.

Caput depressum; oculi magni, approximati: Pinna dorsalis prior radiis nigris; posterior albicans, pectorales rotundatæ; ventrales maximæ; caudalis 4 pollices longa, forficata, radiis inæqualibus.

152 URANOSCOPUS. *Caput depressum scabrum majus: Os fimum maxilla superiore brevior.*
Membrana branchiostega papilloso-dentata, radiis sex: Opercula membranaceo-ciliata.
Corpus: anus in medio.

scaber. I. U. dorso lævi.

Syst. nat. XII. 1. p. 434.

Mus. Ad. Fr. 2. p. 59.

Uranoscopus.

D.4,14.P.16.V.5.A.13.C.12.

Art. gen. 42. syn. 71.

Bloch. austr. Fisch. 2. p. 90.

t. 163. Uranoscopus scaber.

Br.5.D.4,14.P.17.V.6.A.13.C.12.

Art. gen. 42. syn. 71. Tra-

chinus cirris multis in maxilla inferiore.

D.3,14.P.16.V.5.A.13.C.

Klein miss. misc. 4. p. 46. n.

I. Corystion.

Arist. L. 2. c. 15. l. 8. c. 13.

Plin. l. 32. c. 7. Rondel.

de pisc. p. 305. Aldr. de

pisc. p. 265. Jonst. de pisc.

p. 93. t. 21. f. 7. Ruysch

theatr. p. 62. t. 21. f. 7.

Uranoscopus.

Bellon. aq. p. 219. Gesn. aq.

p. 135. ic. an. p. 138.

Will. ichth. p. 287. t. S. 9.

Raj. pisc. p. 97. n. 22.

Callionymus vel Uranoscopus.

Habitat in mari mediterraneo, ad littus in fondo, crassus, ad pedem longus, supra fuscus, ad latera cithereus, subius albus, piscibus minoribus, quos inter algas latens cirris suis allicit, & insectis aquaticis victitans, interdum dormiens, carne alba tenaci.

Caput magnum, tetragonum; osse verrucis minutis numerosissimis aspero, supra in binas, infra in 5 spinas ter-

PISCES JUGULARES. Trachinus. 1157

minato loricatum; lingua crassa, robusta, brevis, dentibus minutis aspera; labia cirris barbata; mandibula superior intus foramine duplici ovali, inferior membrana munita, in cirrhum longum abeunte; oculi in vertice appropinquati, pupilla nigra, iride flava; branchiarum apertura amplissima; truncus squamis minutis vestitus, ad anum usque subtetragonus, pone hunc teres; linea lateralis ex foraminulis rotundis constans, a nuca ad pinnas pectorales deflectens, tum ad caudæ pinnam usque recta; Pinnarum radii molles flavi; ventralium quadrifidi, pectoralium latarum apice fissi, analis & dorsalis, quarum prior nitente-nigra est, simplices (in dorsali priore ossei,) caudalis ramosissimi.

japoni- 2. U. dorso ordine squamarum
cus. spinosarum aspero. Hout-
tuyn ađ. Haarlem, XX. 2.

p. 314.

D.4,15.P.12.V.5.A.--C.8.

Habitat in mari Japoniam circumfluente, semipedalis, teres, supra flavus, subtus albus.

Caput depressum, retrorsum aculeatum; pinnæ ventralis breves.

153. TRACHINUS. Caput minus læve compressum.

Membrana branchiostega radiis sex; operculorum lamina inferiore serrata.

Corpus: anus prope pectus.

Draco. 1. TRACHINUS. It. scan. 325.

Fn. suec. 305. Müll.

prodr. 1001. dan. n. 309.

Art. gen. 42. syn. 70. Trachinus maxilla inferiore longiore, cirrhis destituta.

D.5,31.P.16.V.6.A.32.C.12.

Gron. ađ. upf. 1742. p. 95.

Trachinus.

D.6,30.P.16.V.6.A.30.C.12.

Gron. mus. 1. p. 42. n. 97.

zooph. p. 80. n. 274. Trachinus.

D.6,30.P.15.V.6.A.34.C.—

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

131. t. 61. Trachinus ma-

PISCES JUGULARES. Trachinus

xilla inferiore longiore,
radiis quinque in pinna
dorsali prima.

D.5,24.P.16.V.6.A.25.C.15,

Brünn. pisc. massil. p. 19. n.
30. Trachinus Draco, ca-
pitis lateribus compressis,
vertice scabro depresso,
ano capiti vicino.

Klein miss. pisc. 4. p. 46. n. 9.
Corytion simplici galea in
unicum cuspidem retror-
sum exeunte utrinque cir-
rhis carens.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 27.
Salv. aq. p. 71. Bellon. aq.
p. 215. Rondel. de pisc. l.
p. 301. Gestu. aq. p. 77.
78. 89. icon. anim. p. 83.
Jonst. de pisc. p. 91. t. 21.
f. 2. 3. 5. Aldrov. de pisc.
p. 256. 258. Draco mari-
nus.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 48.
Araneus.

Will. ichth. p. 288. t. S. 10.
f. 1. Penn. brit. zool. 3.
p. 169. n. 71. t. 28. Wever.

Habitat in oceano septentrionali, & mari mediterraneo, vlt
unquam ultra pedem longus, elongatus, compressus, squa-
mis exilibus, rotundatis; deciduis vestitus, Junio littori
appropinquans & ova pariens, testaceis, cancris aliisque
insectis aquaticis, etiam piscibus minoribus victans,
junior præda crebra majorum; carne delictosa.

Caput mediæ magnitudinis; oculi smaragdi æmuli ad ver-
ticem approximati, pupilla nigra, iride flava nigro-
punctata; os amplum obliquum; dentes acuti; lingua
acuminata; branchiarum apertura ampla; dorsum rec-
tum, ex luteo fuscum; latera & abdomen argentea,
lineis obliquis fuscescentibus picta; pinnæ radiis ramosis,
parvæ, pectorales & caudalis reliquis majores; dor-
salis prima nigra, radiis rigidissimis pungendo inflam-
mantibus.

154. GADUS. *Caput læve.*

Membrana branchiostega radiis septem teretibus.

Corpus oblongum squamis deciduis. *Pinnæ* omnes cute communi vestitæ: dorsales anique plures: radiis muticis. *Pectorales* in acumen attenuatæ.

* *Pinnis dorsalibus tribus, ore cirroso.*

Eglef-
nus.

I. G. albicans, cauda biloba, maxilla superiore longiore. *Fn. suec.* 306. *Müll. prodr. zool. dan.* p. 42. n. 348.

It. scan. 325. Gadus Kolja.

D. 15, 20, 19. P. 18. V. 6. A. 24, 21. C. —

It. wogth. 178. Gadus dorso tripterygio, ore papilloso.

D. 16, 18, 20. P. 17. V. 6. A. 22, 21. C. 23.

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

138. t. 62. Gadus cirro unico, linea laterali nigra.

D. 16, 20, 19. P. 19. V. 6. A. 22, 21. C. 27.

Art. gen. 20. *syn.* 36. *spec.*

64. Gadus dorso tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla superiore longiore, cauda parum bifurca.

Gron. mus. 1. p. 21. n. 59.

zooth. p. 99. n. 321. Ga-

mus dorso tripterygio, maxilla inferiore brevior, cirro solitario, cauda lunulata, linea laterali atrata.

Klein miss. pisc. 5. p. 6. n. 2.

Callarias barbatus ex terreo albicans, in lateribus macula nigra, cauda parum divisa, mandibulis

PISCES JUGULARES. *Gadus*

minutis, sed acutissimis
dentibus asperis.

*Gesn. aq. p. 86. 100. Thierb.
p. 40. Belton. aq. p. 127.
Æglefinus.*

*Aldrov. pisc. p. 282. Afel-
lus major.*

*Will. ichthyol. p. 170. t. L.
membr. I. n. 2. Raj. pisc.
p. 55. n. 7. Onqs sive ali-
nus antiquorum.*

*Jonst. de pisc. p. 1. t. 1. f. 1.
Callarias Afellus minor.*

*Andersf. Isl. p. 79. Schell-
fisch.*

*Penn. brit. zool. 3. p. 179.
Hadock.*

*Habitat in oceano septentrionali, gregibus numerosissimis
migrans, pedem ut plurimum longus, Februario ova in
fucis littori vicinis deponens, cælo tempestuoso in arena,
aut inter fucos latens, cancris aliisque insectis marinis,
serpulis etiam & halecibus vicatans, & horum imprimis
esu pinguescens, phocarum aliorumque animalium mari-
norum rapacium frequens præda, carne densa, alba,
sapida, concoctu facili.*

*Caput cuneatum; os angustius, quam congeneribus; oculi
magni, pupilla nigra, iride argentea; squamæ minutæ,
rotundatæ, firmiter inhaerentes, quam congeneribus;
truncus crassus argenteus, supra fuscescens; linea late-
ralis dorso propior; pinnæ cærulecentes, dorsalis prior
triangularis caudalis emarginata.*

Callarias. 2. G. varius cauda integra, ma-
xilla superiora longiore.

*Fn. succ. 307. * D. 15, 19, 19. P. 20. V. 6. A. 18, 18. C. 23.*

Art. gen. 16. syn. 35. spec.

63. *Gadus* dorso triptery-

gio, ore cirrato, colore va-

rio, maxilla superiore lon-

giora, cauda æquali. *D. 15, 19, 18. P. 20. V. 6. A. 19, 17. C. --*

Gron. mus. 1. p. 21. n. 58.

zoo-ph. p. 99. n. 319. Ga-

dus dorso tripterygio, co-

lore vario, inferiore cirro

- unico, caudâ subquadrangula æquali. D. 15, 19, 18. P. 10. V. 6. A. 16, 16. C. —
- It. oel.* 87. Gadus balticus
Tořsk. D. 14, 19, 17. P. 17. V. 6. A. 20, 16. C. —
- It. scan.* 220. Gadus Callarias balticus. D. 15, 19, 17. P. 18. V. 6. A. 17, 16. C. 24.
- Bloch Fisch. Deutschl.* 2. p. 142. t. 63. Gadus linea laterali lata ænea maculataque. D. 15, 16, 18. P. 17. V. 6. A. 18, 17. C. 26.
- Klein miss. pisc.* 5. p. 6. n. 5. Callarias barbatus, lituris maculisque fuscis, gula ventreque albicantibus, iride flavicante nigro mixta, pinnis fuscis, & p. 7. n. 7. Callarias maculis ex rufo in aurantium colorem vergentibus.
- Will. ichth. p.* 172. t. L. Membr. 1. f. 1. *Raj. pisc.* p. 54. n. 5. *Jonst. pisc. t.* 46. f. 4. Afellus varius vel striatus.

β) *Koelreuter nov. comm. Petrop.* XIV. 1. p. 484. Piscis e gadorum genere Russis Nawaga dictus. D. 13, 20, 22. P. 20. V. 6. A. 22, 23. C. —

Habitat in mari baltico & oceano europæo septentrionali, ostia etiam fluviorum intrans, rarius ultra 2 libras pondere æquans, Januario & Februario ova pariens, vermibus insectisque marinis, piscibus quoque minoribus vicinitans; carne alba, tenerrima, concoctu facillima, in hoc genere sapidissima.

Caput minus, quam Æglesino, cinereum, maculis æstate fuscis, hieme nigris, varium; oculi rotundi, pupilla nigra, iride ochroleuca; os amplum; palatum dentibus, mandibula superior eorum pluribus seriebus, inferior simplici serie armata; truncus squamis tenuibus; minus, mollibus vestitus, maculis fuscis, juniori pisci interdum aurantiis pictus, supra cinereus, subtus albus, rarius rubescens; linea lateralis dorso propter lata curva maculata; pinnae fuscæ, interdum rubescentes.

Ffff 2

- Morhua. 3 *G. cauda subæquali*, radio primo anali spinoso. *Fn. suec.* 308. *Müll. prodr. zool. dan.* p. 42. n. 349. D. 14, 18, 19. P. 19. V. 6. A. 17, 15. C. 44. *It. wgoth.* 176. *Gadus Kab-belja.* D. 15, 20, 16. P. 20. V. 6. A. 21, 16. C. — *Ström. söndm.* 317. *Ca-bliäu.* D. 14, 19, 18. P. 17. V. 6. A. 22, 16. C. 36. *Bloch Fisch. Deutschl.* 2. p. 145. t. 64. *Gadus squamis majoribus.* D. 15, 19, 21. P. 16. V. 6. A. 17, 16. C. 30. *Art. syn.* 35. *Gadus dorso tripterygio, ore cirrato, cauda æquali fere cum radio primo spinoso.* *Klein miss. pisc.* 5. p. 5. n. 1. *Callarias fordide olivaceus, maculis flavicantibus variis, linea laterali alba.* *Bellon. aq.* p. 128. *Aldr. de pisc.* p. 289. *Morhua.* *Rondel. de pisc.* 1. p. 280. *Gefn. aq.* p. 88. *Ic. anim.* p. 71. *Jonst. de pisc.* p. 8. t. 2. f. 1. *Molva vel Morhua.* *Camper aq. Paris. peregrin.* 6. p. 79. *Morue.* *Will. ichth.* p. 165. *Raj. pisc.* p. 53. n. 1. *Penn. brit. zool.* 3. p. 172. n. 73. *Habitat in oceano Europæo & americano septentrionali, gregibus numerosissimis, ut plurimum 2-3 pedes longus, cinereus, flavicante-maculatus, subtus albus, junioribus interdum rubescens, aurantio maculatus, squamis majoribus, quam congeneres, vestitus, sepiis, cancris, piscibus victans, ne propriae quidem speciei parcens, indigesta vomitu expellens, fertilissimus, ut quotannis 9344000 ova pariat, quæ prope littora inter saxa, in Anglia primis anni mensibus parit, multiplici modo in cibum conversus.* *Os amplum, mandibula inferior brevior, cirro barbata; oculi pupilla nigra, iris flavicans; pinnæ radiis molli-bus ramosis, dorsales, analis prior, & caudalis flavo-*

maculata; *analis posterior cum ventralibus cinerea*,
pectorales flavicantes; *anus capiti propior*.

- fuscus*. 4. *G. radio ventralium primo*
setaceo. Mus. Ad. Fr. 2.
p. 60. D. 13, 23, 10. P. 11. V. 6. A. 31, 18. C. 17.
Art. gen. 21. syn. 35. Ga-
rus dorso tripterygio, ore
cirrato, officulo pinnarum
ventralium primo in setam
longam producto.
Raj. pisc. p. 54. Afellus
fuscus.
Will. icht. p. 169. Brit. zool.
3. p. 149. t. 60. Bib. D. 12, 23, 20. P. 16. V. 7-8. A. --- C. ---
Habitat in oceano europæo, ad pedem longus, supra dilute
olivaceus, aut sordide flavus, subtus argenteus, squamis
majoribus, quam morhua, tectus, & firmiter adhaerent-
ibus, carne deliciosa.
Os parvum; pinnarum dorsalium media longissima; anus
capiti propior, quam caudæ; hæc æqualis; an mera
barbati varietas?
- barbatus*. 5. *G. maxilla inferiore punctis*
utrinque septem. Fn. suec.
311. It. wgoth. 177. Ga-
rus Torsk. D. 12, 20, 20. P. 18. V. 6. A. 19, 19. C. 40.
It. wgoth. 178. Gadus linea
excavata pone caput. D. 13, 17, 19. P. 18. V. 6. A. 18, 17. C. ---
Ström. söndm. 316. n. β. D. 13, 19, 16. P. 18. V. 6. A. 19, 15. C. ---
Art. gen. 21. syn. 37. spec. 65.
Gadus dorso tripterygio,
ore cirrato; longitudine
ad latitudinem tripla, pin-
na ani prima officulorum
30. D. 13, 24, 21. P. 19. V. 6. A. 30, 21. C. ---
Bloch ausl. Fisch. 2. p. 105.
t. 165. Gadus corpore
lato. D. 13, 19, 18. P. 18. V. 6. A. 25, 17. C. 30.
Gron. mus. 1. p. 21, n. 160.
zooph. p. 99. n. 320. Ga-
rus dorso tripterygio, ma-
xillis æqualibus, inferio-
re cirro unico, cauda

PISCES JUGULARES, Gadus.

æquali, pinna ani priori
subfusca.

Klein miss. pisc. 5. p. 6. n. 3.

Callarias barbatus, dilute
olivacei coloris, pinnis
thoracis setosis.

Will, ichth. app. p. 22. *Raj.*

pisc. p. 55. n. 9. Afellus
latus Listeri.

Brit. zool. 3. p. 348. Whi-
ting Pout.

*Habitat in oceano Europæ septentrionali, 15-18 pollices
longus, ova ad rupestria aprica littori vicina ponens,
ammodyta, blenniis, salmone arctico, etiam cancris
junioribus victitans, carne alba molli; eduli, sed sicca.*

Caput parvum; os amplum; mandibula superior longior,
utraque dentibus exiguis; faux ossibus duobus ovalibus
radula instar asperis armata; labia ex cartilaginibus cute
communi contractili connexis conflata; lingua brevis,
crassa, posterius aspera; oculi magni prominuli, pupilla
nigra, iride argentea aut citrina; branchiarum apertura
 ampla; operculum ex pluribus laminis compositum;
truncus squamis exiguis vestitus firmissime inhaerentibus;
linea lateralis nigra, a nucha incipiens, ad finem pinnae
dorsalis secundae versus abdomen flexa, in medio pinnae
caudalis terminata; dorsum ex fusco virescens, teres, toro-
sum; abdomen breve album; latera ex albo rubescentia;
anus capiti propinquus; pinnae marginem nigrae, cete-
rum praeter caudalem rubescentem olivaceae; pinna
dorsalis prior brevis, alta, falcata; pectorales ad
basin ut plurimum macula nigra insignitae.

Fico romanis hodie,

minutus. 6. G. ano in medio corporis.

Müll. prodr. zool. dan. p.

42. n. 351. *Brünn. pisc.*

massil. p. 21. n. 32.

Art. gen. 21. *syn.* 36. Ga-

rus dorso tripterygio, ore

cirrato, corpore fescun-

ciali, ano in medio cor-

poris.

D.12,19,17.P.13.V.6.A.27,17.C. =

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

167. t. 67. f. 1. Gadus ab-

domine intus nigro. D.12,19,17.P.14.V.6.A.27,17.C.18.

Klein miss. pisc. 5. p. 7. n. 9.

Callarias barbatus, corpore contracto, caudā finuata, & nr. 10. *Callarias barbatus* omnium minimus, ventre præ reliquis carinato, branchiarum operculis & maxillis punctatis, dorso dilute fusco, ventre sordide albo.

Bell. aq. p. 124. Merlangus.

Rondel. pisc. 1. p. 191. Gesn.

aq. p. 56. ic. anim. p. 241.

Thierb. p. 13. Anthia secunda species.

Will. ichth. p. 171. t. L.

membr. 1. n. 1. Raj. pisc.

p. 56. n. 10. Asellus

mollis minor.

Brit. zool. 3. p. 185. n. 77.

t. 30. Poor.

Habitat in oceani europæi, frequentior in maris mediterranei profundis, testaceorum progenie & incolis, cancris vermibusque marinis victitans, ova littori propius intersplices aut fucos pariens, gregarius, majorum sui generis præda, vix ultra septem pollices longus, argenteus nigro-punctatus, dorso ex flavo fuscescens, squamis tenuibus, minimis, canis tectus, elongatus.

Caput cuneatum; mandibula inferior brevior, paucioribus dentium ordinibus, punctis excavatis; oculi rotundi, pupilla nigra, iride argentea; linea lateralis angusta, recta; pinna caudalis furcata.

blennioi 18. G. pinnis ventralibus didactylis. *Pall. spic. zool. 8. p.*

47. t. 5. f. 2. Br. 6. D. 10-11, 17, 16. P. 19. V. 5. A. 23. 19. C. 27.

Habitat in mari mediterraneo, merlangi habitu, dodrantalis, torosus, mollis, convexus, compressus, squamis minimis vestitus, ex albo argenteus, versus dorsum griseus.

Caput crassum, conicum, obtusum; labia carnosa duplicata; dentes minuti inæquales, in mandibula superiore minutissimi, nec nisi seni per intervalla conspicui; lingua acuta, carnosa, prominens, margine arguta; palatum longitudinaliter striatum; oculi magni: iride argentea;

Ffff 4

PISCES JUGULARES. *Gadus*.

branchiarum opercula mollia; linea lateralis antrorsum arcuata; pinnæ ex flavescente albæ, radiis exilissimis; dorsales analesque reclinatæ; dorsi primæ angusta, triangularis, altera humilior, tertia paulo akior & brevior, peñtorales angustæ, subfalcata, tenuissima; ventralium radius primus prælongus, crassiusculus, bifidus; analis prior rotundata, altera subtriangularis; cauda bifurca, laciniis rotundatis.

Saida, 20. G. pinnæ dorsalis tertiæ

radio quarto, analis primæ radio quinto reliquis longiore, ventralium secundo in fetam longam terminato. *Lepechin nov. comm. Petropol. 18. p.*

512. D. 10-11, 16-17, 20. P. 16. V. 5-6. A. 18. 20. C. 24-26.

Habitat in mari albo, frequenter edulis, caræ quamvis exsucca, ultra 8 pollices longus.

Caput antrorsum subcompressum, posterius magis rotundatum, vertice nigrum; mandibulæ dentibus acutis, setaceis, retrorsum hamatis armatæ, superior magis obtusa, inferior acutiuscula, paulo longior; palatum quoque duplici dentium serie armatum; ad fauces utrinque ossiculum lenitifforme, denticulis asperum; oculi ampli, pupilla exalbida, iride cærulescente; branchiarum opercula argentea, nigro-punctata, ex laminis tribus constata, quarum infima lunata, altera elliptica, tertia triangularis, bicuspidata; dorsum convexum, antrorsum leviter sulcatum, sordidum punctis nigricantibus hinc inde confluentibus; latera cærulescentia; linea lateralis recta; dorso propior; abdomen album; pinnæ dorsales triangulares fuscæ, radiis albicantibus; anales ex triangulari oblongæ, basi antrorsum obsure cæruleæ, ventrales basi albicantes; caudales bifurca.

* * Pinnis dorsalibus tribus, ore imberbi.

virens. 7. G. dorso virescente, cauda

bifurca. *Fn. suec. 309.*.*

Müll. prodr. zool. dan. p.

43. n. 354.

D. 13, 20, 19. P. 17. V. 6. A. 24, 20. C. —

Gron. act. ups. 1742. p.

90.

D. 13, 20, 19. P. 17. V. 6. A. 24, 20. C. 40.

Habitat in oceano europæo, copiose in Norwegia Sey, pollachio similis, sed mandibulis æqualibus, linea laterali non curvata, cauda bifida distinctus. *Ström, Söndm. 294.*

- Merlan- 8. *G. albus*, maxilla superiore longiore. *Fn. succ.* 310.
It. scan. 326. t. 2. f. 2. *Gadus* Hoitling. D. 14, 18, 10. P. 20. V. 6. A. 30, 20. C. --
L. wgoth. 176. *Gadus* Hoitling. D. 14, 20, 20. P. 17. V. 6. A. 30, 22. C. --
Art. gen. 19. *syn.* 34. *spec.* 62. *Gadus* dorso tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla superiore longiore. D. 14, 21, 20. P. 21. V. 6. A. 33, 23. C. 31.
Gron. mus. 1. p. 20. n. 55.
zooph. p. 98. n. 316. *Molenaer.* D. 14, 23, 18. P. 16. V. 4. A. 28, 19. C. --
Bloch Fisch. Deutschl. 2. p. 161. n. 4. t. 65. *Gadus* corpore albo, ore imberbi, maxilla superiore longiore. Br. 7. D. 16, 18, 19. P. 20. V. 6. A. 30, 20. C. 31.
Klein miss. pisc. 5. p. 8. n. 3. t. 3. f. 2. *Callarias* imberbis, argentei splendoris, dorso canescente, &c.
Gesn. aq. p. 85. *ic. an.* p. 85.
Thierb. p. 40. *Merlangus.*
Rondel. de pisc. 1. p. 276. *Secunda species asellorum.*
Aldr. de pisc. p. 287. *Asellus* minor alter.
Jonst. pisc. t. 2. f. 3. *Asellus* mollis.
Will. ichth. p. 150. t. L. m. 1. t. 5. *Raj. pisc.* p. 55. n. 8. *Asellus* major f. albus.
Brit. zool. 3. p. 155. n. 9. *Whiting.*

Habitat in oceani europei fundo, cancris minoribus, vermibus, piscibusque minoribus vicatans, a fine anni ad Februarii initium ova pariens, carne tenera alba, alias sapidissima, eo tempore insipida; pedem ut plurimum longus, procerus, teres, squamis exiguis, rotundis, tenuibus, argenteis vestitus,

PISCES JUGULARES. Gadus.

Caput antrorsum acuminatum; oculi rotundi, pupilla ingente nigra; iride argentea; mandibula superior dentium, quorum anteriores longissimi, multiplici, inferior simplici serie armata; in hac utrinque 9-10 puncta excavata; in palato antrorsum utrinque os triangulare, in faucibus supra ossa duo rotunda, infra ossa 2 oblonga; dorsum olivaceum; linea lateralis recta; pinnæ albæ, præter caudalem & pectorales quæ nigricant; ad ortum posteriorum macula nigra.

Carbona-9. G. maxilla inferiore; longioris, linea laterali recta.

Art. gen. 20. syn. 34. Gadus dorso tripterygio imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta.

D. 14, 20, 22. P. 18, V. 6. A. 22, 19. C. --

Bloch *Fische Deutschl.* 2. p.

164. n. 5. t. 66. Gadus ore nigro, linea laterali alba rectaque.

D. 14, 19, 20. P. 21. V. 6. A. 25, 20. C. 26.

Klein *pisc. miss.* 5. p. 8. n. 2.

Callarias imberbis, capite & dorso carbonis ad instar nigricantibus, &c.

Aldr. *de pisc.* p. 289. Will.

ichth. p. 168. t. L. m. 1.

n. 3. Raj. *pisc.* p. 54. n. 3.

Afellus niger five mollis nigricans.

Bell. *aq.* p. 133. Gesn. *aq.*

p. 89. ic. anim. p. 79.

Thierb. p. 41. Brit. *zool.*

3. p. 152. n. 7. Coalfish.

Habitat in oceani europæi & pacifici profundis & littore rupestri, Januario & Februario ova, seminis milii magnitudine & colore, pariens, ex quibus Julii initio (ad Angliam) prodeunt pisces, eo tempore copiosissimi, Augusto delictiosi, ceterum vix esculenti.

Longitudo $2\frac{1}{2}$ pedum; color adultioris niger, junioris olivaceus; caput angustum; in branchiarum operculis nitor argenteus nigredini interlucet; os exiguum nigrum; mandibulæ acuminatæ; lingua nitoris argentei; truncus squamis tenuibus oblongis rectus; linea lateralis recta,

angusta & alba; pinnæ nigrae; dorsales 2 priores & pectorales (sub his etiam macula nigra) basi olivaceae; ventrales exiguae; caudalis fuscata.

- Pollachius, 10. *G. maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. Fn. succ. 312. Müll. prodr. zool. danic. p. 42. n. 353. It. wgoth, 177. Gadus Lyrblek. D. 13, 19, 18. P. 16. V. 6. A. 27, 18. C. -- Art. gen. 20. syn. 35. Gadus dorso tripterygio imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. D. 11, 19, 16. P. 17. V. 6. A. 16, 18. C. -- Gron. mus. 1. n. 57. D. 13, 17, 23. P. 17. V. 6. A. 24, 23. C. -- Bloch Fisch. Deutschl. 2. p. 171. n. 8. t. 68. Gadus dorso tripterygio, linea laterali curva, maxilla inferiore longiore. Br. 7. D. 13, 18, 19. P. 19. V. 6. A. 28, 19. C. 42. Wallbaum Schr. der berl. Naturf. 4. p. 147. Gelbes Kohlmaul. Br. 7. D. 13, 18, 19. P. 19. V. 6. A. 18, 19. C. 52. Will. ichth. p. 167. Raj. pisc. p. 53. n. 2. Afellus Whittingo - Pollachius. Brit. zool. 3. p. 154. n. 8. Pollack,*
- Habitat in oceani europæi fundo rupestri, & locis quam maxime agitatis, gregibus pariter numerosissimis migrans, ut plurimum sesquipedalis, piscibus minoribus, præsertim ammodyte; victitans, sæpius in superficie natans, supra ex atro fuscus, colore versus abdomen sensim in argenteum transeunte, subtus fusco-punctatus.*
- Caput antrorsum acuminatum; lingua brevis, acuta; posterius aspera; oculi magni, pupilla nigra, iride flava, nigro-punctata; truncus squamis exiguis, oblongis, tenuibus, flavo-marginatis tectus; pinnæ pectorales flavescentes ventralesque aurantiæ parvæ; anales olivaceæ nigro-punctatæ.*

*** *Pinnis dorsalibus duabus.*

Merlucius, 11. *G. imberbis, maxilla inferiore longiore. Mus. Ad.*

- Fr. 2. p. 60. * Fn. suec.*
 314. * *Forsk. Fn. arab. p.*
XIX. Gron. zooph. p. 397.
n. 315. Müll. prodr. zool.
dan. p. 41. n. 342. O. Fa-
bric. Fn. groenl. p. 148. D.10,39.P.12.V.7.A.38.C.22.
Art. gen. 22. syn. 36. Ga-
mus dorso dypterygio, ma-
xilla inferiore longiore. D.9,40.P.12.V.7.A.39.C. --
Ström. söndm. 295. Lyfing. D.9,39.P.13.V.7.A.39.C.24.
Bloch aust. Fisch. 2. p. 93.
*t. 154. *Gadus dypterygius,**
ore imberbi. Br.7.D.10,39.P.12.V.7.A.37.C.20.
Plin. hist. mund. l. 9. c. 17.
Afellus.
Aldr. de pisc. p. 286. Jonst.
de pisc. p. 7. t. 1. f. 3.
Afellus alter sive Merluc-
cius.
Will. ichth. p. 174. t. L. m.
2. n. 1. Raj. pisc. p. 56.
Afellus primus.
Bellon. aq. p. 123. Gesn. aq.
p. 84. 97. icon. an. p. 76.
Merluccius.
Brit. zool. 3. p. 156. n. 10. Hake.
Habitat in oceano septentrionali & mari mediterraneo, 1 $\frac{1}{2}$ -
2 pedes longus, voracissimus, clupeas & scombros præ-
fertim venans, gregibus copiosissimis migrans, elonga-
tus, squamis minutis vestitus, exalbidus, supra canus;
caro alba lamellosa multiplici modo edulis, congenerum
carne minus sapida.
Caput longum, depressum & compressum; os amplum; pa-
larum utrinque simplici, mandibulæ duplici acutorum
distantium dentium, minoribus majoribus interfertis, &
superioribus retrorsum hamatis, serie armata; oculorum
pupilla nigra, iris aurea vel argentea; linea lateralis
prope caput 6-9 verrucis minoribus obsessa, dorso propior,
a nucha ad medium caudæ excurrans; pinnæ pectorales
& ventrales in acumen desinentes; dorsalis altera &
analis mediæ humiliores, caudalis cinerea truncata.
- Molva. 12. *G. cirratus*, maxilla supe-
 riore longiore. *Fn. suec.*
 313. *Müll. prodr. zool.*
dan. p. 41. n. 343.

It. wgoth. 177. *Gadus Longa.* D. 15, 63. P. 20. V. 6. A. 60. C. 40.

Art. gen. 22. *syn.* 36. *Gadus*
dorso dipterygio, ore cir-
rato, maxilla superiore
longiore.

D. 15, 65. P. 15. V. 6. A. 62. C. --

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

174. n. 9. t. 69. *Gadus*
dorso dipterygio, maxilla
superiore longiore. Br. 7. D. 15, 63. P. 19. V. 6. A. 59. C. 38.

Klein miss. pisc. 4. p. 58. n.

16. *Enchelyopus.*

Will. ichtk. p. 175. t. L. m.

2. n. 2. *Raj. pisc.* p. 56.

Afellus longus.

Bell. aq. p. 135. *Gesn. aq.*

p. 95. *ic. anim.* p. 78.

Brit. zool. 3. p. 160. n.

13. *Ling.*

Habitat in oceani septentrionalis profundis, ad 7 pedes longus, cancris & piscibus victitans, Junio ova ad fucos pariens, eo tempore prope littora copiosissimus, vario modo esculentus, congenerum angustissimus & longissimus, supra fuscus, subtus exalbidus, ad latera flavescens.

Caput magnum, obtusum; oculorum pupilla nigra, iris alba; os amplum; lingua alba tenuis, acuminata; truncus teres; squamis oblongis, tenuibus, firmiter inhaerentibus vestitus; pinnae margine albae, caeterum praeter analem cineream nigrae; dorsales versus apicem macula nigra notatae.

albidus. 19. *G.* cirro menti, pinnis ventralibus didactylis elongatis. *Brünn. pisc. mass.* p.

24. n. 34.

Br. 7. D. 10, 56. P. 11. V. 2. A. 53. C. 16.

Habitat in mari mediterraneo, albidus, inter gados & blennios medius, oblongus, mollis, leviter compressus, 4 pollices longus.

Caput sanguinolento-pallidum, supra planiusculum lateribus compressum, pone oculos diacanthum; mandibula inferior brevior, subtus utrinque 7 punctata; dentes minuti, acuti, conferti; oculi magni, iride alba; linea lateralis recta; pinna dorsi anterior parva, apice nigrescens, posterior albida, margine & posterius nigra, nigro-maculata; analis albida, posterius nigra; caudalis integra, rotundata, nigrescens.

Tau. 13. *G. cirratus*, operculis tri-
cantis, pinna dorsali
priori triradiata. Br.6.D.3,26.P.20.V. $\frac{1}{2}$.A.22.C.16.
Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

170. n. 7. t. 6. f. 2. 3.

Gadus cirris plurimis. Br.6.D.3,20.P.20.V. $\frac{1}{2}$.A.15.C.12.
Habitat in Carolina, glaber, mucosus, fuscus, subtus
exalbidus, dorso, pinnisque albo-maculatis, squamis
mollibus, tenuibus, minutissimis, rotundis, fuscis,
marginibus albis vestitus.

Caput magnum, latum; oculi ad verticem, magni, pupilla
nigra, iride aurea, utrinque serie duplici verrucarum
minorum cincti; inter eos & nucham sinus, & stria trans-
versa flava; palatum utrinque duplici dentium serie aspe-
rum; mandibula superior pluribus, inferior duabus tan-
tum dentium acutorum inæqualium serie armata, longior,
& subtus cirris pluribus in semicirculum dispositis barba-
ta; branchiarum operculum ex duabus laminis constatum;
membrana magna, libera; pinnae pectorales & ventrales
acuminatae, posteriorum radius primus robustus, rigidus,
longissimus; pinna dorsalis prior radiis spinosis, altera &
analis radius muticis ultero membranam prominentibus,
caudalis rotundata & pectorales radiis furcatis.

Lota. 14. *G. cirratus*, maxillis æqua-
libus. *Fn. suec. 315.*
Müll. prodr. zool. dan. p.
41. n. 343. Koelreuter
nov. contm. Petrop. 19. p.
424. Meidinger icon. pisc.
austr. t. 8. Bloch Fisch.
Deutschl. 2. p. 177. n. 10.
t. 70.

D.14,68.P.20.V.6.A.67.C.36.

Art. gen. 22. syn. 38. Ga-
dus dorso dipterygio, ore
cirrato, maxillis æquali-
bus.

D.13,76.P.21.V.7.A.55.C.--

Art. spec. 107. Silurus cir-
ro in mento unico.

D.13,76.P.21.V.7.A.55.C.30.

Gron. mus. 1. p. 21. n. 61.
zooph. p. 97. n. 313.

Klein miss. pisc. 4. p. 57. n.
13. t. 15. f. 2. Enchelyo-
pus subcinereus ex fusco
maculosus, &c.

Salvian. aq. p. 213. Botlatriæ, Triscus.

Bell. aq. p. 302. Strinfios five Botariffas, & p. 304. Claria fluviatilis.

Rondel. pisc. 2. p. 164. Lotà, & p. 165. Barbota.

Brit. zool. 3. p. 163. n. 14. Barbot.

Will. ichth. p. 125. Raj. pisc. p. 67. Mustela fluviatilis.

Habitat in europæarum, sibiricarum, indicarum aquarum dulcium clararum profundis, infra saxa aut in foveis prætereuntibus piscibus inhians, quibus, præterea quoque vermibus insectisque aquaticis victitat; lucii & siluri crebra præda, vitæ tenax, velociter crescens, ad 3 pedum longitudinem, astutus, fertilis, sub anni auspiciis ova pariens, carne alba, sapida, concoctu facili, mucosæ & squamis minutis, mollibus tenuibusque vestitus, ex fusco flavoque varius, subtus albus.

Caput magnum, latum; oculi laterales, parvi, pupilla carulescente, iride flava; os amplum; mandibulæ 7 dentium acutorum ordinibus armatæ; inferior cirro, rarius duobus barbata; lingua & membrana branchiofrega lata; linea lateralis recta; pinnae dorsales & analis humiles longæ; caudalis rotundata.

Mustela. 15. G. cirris quinque, pinna dorsali priore exfoleta.

Müll. prodr. zool. dan. p. 42. n. 345.

Mus. Ad. Fr. 1. dorso dipterygio, cirris maxillæ superioris 4, inferioris 1.

D. 1, 42. P. 14. V. 7. A. 40. C. --

Art. gen. 22. syn. 37. Gadus dorso dipterygio, fulco ad pinnam dorsali primam, ore cirrato.

D. 1, 56. P. -- V. 7. A. 47. C. --

Gron. zooph. n. 314. mus. 1. p. 21. n. 2. ad. upf. 1742.

p. 93. t. 3.

D. 1, 48. P. 16. V. 7. A. 43. C. 25.

Brit. zool. 3. p. 165. n. 16.
Brow Whistle Fish.

tricirra-
tus.

- β) *G. cirris* tribus. *Bloch aust. Fisch.* 2. p. 100. t. 165. Br. 5. D. 1, 56. P. 18. V. 6. A. 46. C. 20.
Klein miss. pisc. 4. p. 57. n. 14. *Enchelyopus cirris* tribus, altero emento, &c.
Bellon. aq. p. 129. *Afelli species altera græcorum.*
Rondel. de pisc. 1. p. 281. *Gesn. aq.* p. 89. *ic anim.* p. 81. *Aldr. de pisc.* p. 290. *Will. ichth.* p. 121. *Raj. pisc.* p. 67. n. 1. *Mustela vulgaris.*
Brit. zool. 3. p. 164. n. 15. Spotted whistle-fish.

rufficus. γ) *C. cirro unico.* *Wallbaum Schr. der berl. Naturf. Ges.* 5.

Habitat in oceano europæo, mari mediterraneo & atlantico, ad 19 pollices usque longus, testaceis cancriisque vicinans, junior frequens congenerum majorum & scombrorum præda, autumno ova pariens, muco & squamis tenerrimis vestitus, ex fusco luteus, nigro maculatus, subtus albus.

Caput parvum, ex argenteo tinctu in violaceum vergens; oculorum pupilla nigra, iris aurea; os amplum; palatum asperum; mandibulæ dentium minutissimorum acutorum ordine armatæ, inferior brevior cirro unico, superior 4, (in β) 2) barbata, γ) imberbis; lingua libera angusta; linea lateralis ab pinnas pectorales curvata, tum recta; pinna ventrales & pectorales rubescentes, reliquæ dilute fuscæ, maculis oblongis, caudalis rotundis variæ; pinna dorsi prima humillima.

cimbrius. 16. *G. cirris* 4, pinna dorsali priore exoleta: radio primo hastato.

D. 1, 48. P. 16. V. 7. A. 42. C. 25.

Habitat in oceano atlantico, scanico.

Cirri nasales 2; labii superioris 1, inferioris 1. Pinna dorsalis anterior exoleta: radio primo subulato majore apice brachiato forma litteræ T, quo imprimis a mustela differt. D. Strußenfelt.

**** Pin-

*** *Pinna dorsali unica.*

mediter-17. G. maxilla superiore cirris
duobus, inferiore unico.

Mus. Atl. Fr. 2. p. 60.* *D.* 54. *P.* 15. *V.* 2. *A.* 44. *C.* --
Habitat in oceano Europæo, an mera mustelæ varietas?

Brosme. 21. G. ore cirroso, cauda ovali
acutâ. *D. Müll. prodr.*

zool. dan. p. 41. n. 341.

Ascan. ic. rer. nat. t. 17.

Ström. söndm. 1. p. 272. t.

I. f. 19. *Pontopp. norw.* 2.

p. 178. Brosme.

D. 100. *P.* 20. *V.* 5. *A.* 60. *C.* 30.

Olafs. isl. p. 358. t. 27. Kaila.

Habitat in mari groenlandico australiori.

155. BLENNIUS. *Caput declive, tectum.*

*Membrana branchiostegæ radiis
sex.*

*Corpus lanceolatum. Pinnae ven-
trales didactylæ muticæ,
Pinna ani distincta.*

* *capite cristato.*

Galerita. 1. Bl. crista capitis transversa
cutacea. *Art. gen.* 27. *syn.*

44. *Ström. söndm.* 322.

Rondel. 204. *Gesn. aq.* 14.

17, 18. *Will. ichth.* 134.

Raj. pisc. 73. Galerita.

Bell. aq. 219. Adonis.

Brit. zool. 3. p. 167. Crest-

ed Blenny.

*Habitat in oceano Europæo, 4-5. pollices longus, crista
plicatili.*

cristatus. 2. Bl. crista setacea longitudi-
nali inter oculos. *Gron.*

mus. 1. n. 75.

Br. 5. *D.* 26. *P.* 14. *V.* 3. *A.* 16. *C.* 11.

Raj. pisc. p. 73. Pinaru.

Habitat in America australi & India.

Gggg

- cornutus. 3.** Bl. radio simplici supra oculos, pinna dorsali solitaria. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 61.** D. 33. P. 15. V. 2. A. 23. C. 12.
Amœn. ac. 1. p. 316. Blennius pinnis oclâribus fubulatis, pinna ani officulorum XXVI. D. 34. P. 15. V. 2. A. 25. C. 11.
Habitat in India.
- ocellaris. 4.** Bl. radio simplici supra oculos, pinna dorsali anteriore oculo ornata. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 62.* Cetti pisc. Sard. p. 112. Brunn. pisc. mass. p. 15. n. 35.* D. 11, 15. P. 12. V. 2. A. 16. C. 11.
Art. gen. 26. syn. 44. Blennius fulco inter oculos, macula magna in pinna dorsali. D. -- P. 12. V. 2. A. 17. C. 26.
Bloch aust. Fisch. 2. p. 112. t. 165. f. 1. Blennius oculo nigro in pinna dorsi. D. 25. P. 12. V. 2. A. 17. C. 11.
Klein miss. pisc. 5. p. 31. n. 1. Blennius pinniceps.
Rondel. pisc. 1. p. 204. Scorpioides.
Bell. aq. p. 210. Salvian. aq. p. 228. Gesn. aq. p. 126. icon. anim. p. 9. Thierb. p. 3. Jonst. pisc. p. 75. t. 19. f. 5. Aldrov. pisc. p. 203. Will. ichth. p. 131. t. H. 3. f. 2. Raj. pisc. p. 72. n. 13.
Habitat in mari mediterraneo, ad 8 pollices longus, carne eduli, at parum expetita, squamis nudus, sordide virens, striis oliyaceis, rarius dilute cœruleus.
 Caput oblongum, magnum; oculi magni, prominuli, pupilla nigra, iride aurantia; rictus amplus; mandibulæ æquales, serie simplici dentium angustissimorum approxi-

An trifurcated Hacka, quem Pennant brit. zool. ad 2. p. 196. n. 84. descripsit, & gadus, quem Alcanius icon. rer. natural. t. 17. delineatum dedit, proprie fiat species, equidem decidere nollem.

matorum armata; lingua brevis lata; branchiarum apertura ampla, operculum simplici lamina constans; dorsum convexum, cærulescens; anus capiti, linea lateralis dorso propior; pinnae pectorales magnæ rotundatae, radiis, æque ac in caudali, bifurcis; pinna analis longa angusta & dorsalis medio humilior, olivacea, maculis cæruleis punctisque albis varia, radiis simplicibus.

fasciatus. 14. Bl. pinnulis simplicibus

duabus inter oculos, pinna ani radiis novendecim.

Bloch aust. Fisch. 2. p.

110. t. 162. f. 1.

D. 29. P. 13. V. 2. A. 19. C. 11.

Habitat in India, torosus, mucro obductus, supra ex fusciscente cæruleus, subtus flavescens, antrorsum latior, posterius angustatus, fasciis 4 fuscis, inter quas areae flavescentes lineis fuscescentibus picta.

Caput parvum, supra fuscum, subtus flavescens; mandibulae æquales, denticibus setaceis, minutis, dense aggregatis armatae; branchiarum apertura ampla; dorsum convexum; linea lateralis dorso, anus capiti propior; pinnae fasciis fuscis, radiis (præter caudalem rotundatam cineream) simplicibus; pinnae pectorales rotundatae, & ventrales longae, angustae, maculatae, hyalinae; analis radius primus spinosus.

Gattorugine. 5. Bl. pinnulis superciliarum nuchæque palmatis. *Musf.*

*Ad. Fr. 2. p. 61.**

D. 30. P. 13. V. 2. A. 21. C. 12.

Musf. Ad. Fr. 1. p. 68. Blennius vertice superciliisque ciliato.

D. $\frac{18}{30}$. P. 14. V. 2. A. 20. C. 13.

Art. gen. 26. syn. 44. Blennius pinnulis duabus ad oculos, pinna ani officulorum XXIII.

D. $\frac{12}{37}$. P. 14. V. 2. A. 23. C. 12.

Brünn. pisc. mass. p. 27. n.

37. Blennius pinnulis superciliarum palmatis, spinis dorsalibus XIII. Bavarello.

Gron. zooph. p. 76. n. 264.

Blennius capite cristato ex radio simplici inermi supra utrumque oculum.

Gggg 2

PISCES JUGULARES. *Blennius*:

Will. ichth. p. 132. t. H. 2.

f. 2. Raj. pisc. p. 72. n. 14.

Brit. zool. 3. p. 168. n. 2.

Gattorugine.

Habitat in mari mediterraneo & atlantico, ad 8 pollices longus, cancrorum pisciumque progenie victitans, esculentus, striis fuscis, & maculis partim obscurioribus, partim dilutioribus varius, subtus cinereus.

Caput parvum; oculi ad verticem, prominuli, pupilla nigra, iride rubescente; nares oculis proximæ; rictus amplus; mandibulæ æquales serie dentium alborum, filiformium, acutorum & flexilium pectinata; lingua brevis; palatum læve; branchiarum operculum simplici lamina constans; truncus compressus; linea lateralis recta, dorso propior; anus capiti; pinnæ flavicantes, radii simplicibus; pinna dorsalis ut plurimum macula nigra notata, radiis 16 prioribus spinosis, postremis longissimis.

super- 6. Bl. pinnulis superciliarum
liosus. palmatis, linea laterali
curva.

Amœn. ac. 1. p. 317. Blennius pinnulis ocularibus brevissimis palmatis, linea laterali curva.

D. 14. P. 12. V. 2. A. 26. C. 12.

Gron. mus. 2. n. 172. t. 5.

f. 5. zooph. p. 75. n. 258.

Blennius officulis tribus anterioribus pinnæ dorsalis reliquis aculeatis majoribus.

D. 14. P. 15. V. 2. A. 28. C. 12.

Bloch austr. Fisch. 2. p. 118.

t. 168. Blennius linea laterali curva, pinnula ad oculum.

D. 44. P. 14. V. 2. A. 28. C. 12.

Seb. mus. 3. p. 90. n. 3. t.

30. f. 3. Blennius varius, capite subacuto: officulis ultimis pinnæ dorsalis mollibus.

Seeligm. Voegel 8. t. 72. indianischer Gattorugina.

Habitat in India, elongatus, torosus, subcompressus; squamis minutis tectus, viviparus, cancris junioribus victitans, flavicans, rubro-maculatus,

Caput parvum, crassum, squamis nudum; oculi laterales, magni, rotundi, pupilla nigra, iride argentea; inter utrumque fibra pendula apice trifida; rictus amplus; lingua brevis; palatum molle; mandibulæ æquales, superior serie majorum remotiorum, & pone hanc pluribus ordinibus dentium minorum acutorum armata; branchiarum apertura ampla, membrana nuda, operculum simplici lamina constans; dorsum carinatum; anus amplus, capiti propior, quam caudæ; pinnae radiis simplicibus, dorsalis spinosis præter 5 postremos.

tentacu- 15. Bl. radio supra oculos sim-
laris.

plici, pinna dorsali integra antice unioculata.

Brünn. pisc. massil. p. 26.

n. 36.

D. 34. P. 14. V. 2. A. $\frac{1}{2}$. C. II.

Habitat in mari mediterraneo, $2\frac{1}{2}$ pollices longus, elongatus, totus exalbidus, punctis maculisque fuscis nebulosus.

Caput obtusum, buccatum, fuscum, subtus fasciis 3 transversis albis; dentes pedinis in modum dispositi; iris argentea, rubro-punctata; pinnae dorsi pallida, multis punctis fuscis varia; ani ex albo & fusco subfasciata; pedoris, ventris & caudæ pallidæ, radiis fusco punctatis.

simus. 16. Bl. circo supra oculos mi-

nimo, pinna dorsali posteriuscaudali annexa, linea laterali curva. Sujef. act.

Petrop. 1779. 2. p. 198.

t. 6. f. 2-4.

D. 27. P. 15. V. 2. A. 17. C. 15.

Corpus $3\frac{1}{2}$ pollices longum, alepidotum, læve, tenuissimum; os inferum; mandibulæ arcuatæ, labiis membranaceis, tenuissimis, serratis instructæ, & serie simplici dentium tenuissimorum, confertorum, æqualium armatæ; oculi grandiusculi, approximati, prominuli; branchiarum opercula parva, flexilia, pellucida, ex duabus laminis constata; anus in medio corporis, ad pinnae dorsalis exortum in nucha tuberculum adiposum; præter pinnam caudæ rotundatam alia adhuc spuria 4-5 radiata.

Phycis. 7. Bl. naribus subcristatis, circo labii inferioris, dorso bipenni.

Br. 7. D. 10, 61. P. 15. V. 2. A. 57. C. 20.

Art. gen. 84. syn. III. Phycis.

D. 10, 62. P. 12. V. 2. A. 56. C. 17.

Gggg 3

Rondel. pisc. p. 186. Gesn.

aq. p. 718. Phycis.

Will. ichth. p. 205. Raj. pisc.

p. 75. Tinca marina.

Brit. zool. 3. p. 158. n. 11.

Lesser Hake.

β) *Barbus minor Cornabi-*

nis cirris bifurcis. Raj.

pisc. p. 164. f. 8.

Brit. zool. 3. p. 160. n. 12.

Left Hake.

Habitat in mari mediterraneo, ad 18 pollices longus.

Narium foramina anteriora tentaculo lineari; anus annulo nigro cinctus; cauda rotundata.

*** capitis crista nulla.*

Pholis. 8. *Bl. linea laterali curva sub-*

bifida. Mus. Ad. Fr. 2.

*p. 62.**

D. 12. P. 14. V. 2. A. 19. C. 10.

Art. gen. 27. syn. 45. & 116.

Blennius capite fummo

acuminato, maxilla supe-

riore longiore.

D. 36. P. -- V. 2. A. 28. C. --

Gron. mus. 2. n. 175. zooph.

76. n. 279.

D. 13. P. 13. V. 2. A. 19. C. 10.

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

184. n. 1. t. 71. f. 2. Blen-

nus naribus tubulosis fim-

briaristque.

Br. 7. D. 28. P. 14. V. 2. A. 19. C. 10.

Rondel. pisc. p. 205. Gesn.

aq. p. 18. Alauda non

cristata.

Will. ichth. p. 133. t. h. 6.

f. 2. 4. Raj. pisc. p. 73. n.

17. Mulgranoc, Bulcard.

Brit. zool. 3. p. 169. n. 3.

Smooth Blenny.

Habitat in oceani europæi, & maris mediterranei littoribus,

& ad ostia fluviorum inter saxa & algas, agilis, vitæ te-

nax, 6-7 pollices longus, cancerorum pisciumque ovis

& progenie victitans, lævis, muco tenaci obductus &

olivaceus, maculisque obscuris & albis varius.

Caput crassum; rictus amplus; mandibulæ serie dentium ar-

mata, superior longior; labia crassa; nares rotundæ &

PISCES JUGULARES. *Blennius*.

1181

posteriores tubulosæ, fibris 4 fimbriatæ; lingua lævis; palatum asperum; oculi magni, pupilla nigra, iride ex albido rubra; anus capiti propior; pinna dorsalis longa, medio quasi divisa; pinnarum omnium radii crassi.

- Gunnel- 9. Bl. pinna dorsali ocellis de-
lus. cem nigris. *Musf. Ad. Fr.*
f. p. 69. Fn. suec. 318. D.77. P.10. V.2. A.43. C.16.
Art.gen. 27. syn. 45. Blen-
nus maculis circiter de-
cem nigris, limbo albo,
utrinque ad pinnam dor-
salem. D. 78. P. 11. V. 2. A. 46. C. --
Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.
186. n. 2. t. 65. f. 1.
Blennius ocellis plurimis
in pinna dorsali. D. 78. P. 10. V. 2. A. 47. C. 18.
Gron. musf. 1. n. 77. zooph.
p. 78. n. 267. Photis ma-
culis annulatis ad pinnam
dorsalem, pinnis ventrali-
bis obsoletis.
Will. ichth. p. 115. t. G. 8.
f. 3. Raj. pisc. p. 144. n.
11. Seb. musf. 3. p. 91. t.
30. f. 6. Gunellus.
Brit. zool. 3. p. 171. n. 4.
t. 10.

- puncta- β) Bl. corpore fere lineari ful-
tus. vo pinna dorsali ocellis
quinque nigris, totidem-
que albis conjunctis. O.
Fabr. fn. groenl. p. 153.
n. 110. Br.7. D.50. P.17. V.4. A.38. C.18.
Habitat in oceani europæi fucis littoralibus, β) in profun-
dis, 9-10, β) 6 modo pollices longus, velociter natans,
anguilla instar lubricus, parum esculentus, insectis aqua-
tivumque piscium victitans, frequens aliorum piscium
aviumque aquaticarum præda, squamis exilibus vestitus,
nunc ex cinereo flavicans, maculis pallidioribus, nunc
fuscus aut olivaceus maculis obscuris & dilutioribus
picus, semper albus, utrinque compressus.
Caput, pinnæ pectorales & ventrales parvæ; os sinum,
parvum; mandibulæ serie dentium acutorum exilium ar-

PISCES JUGULARES. Blennius.

mata, inferior paulo longior, apice incurva; oculorum pupilla nigra, iris alba; linea lateralis recta obsoleta; anus capiti paulo propior, quam cauda; dorsum carinatum; pinnæ flavæ, longæ & angustæ radiis spinosis, ocellis 9-12; pinnæ pectorales & analis aurantiæ hæc basi fusco-maculata; pinna caudalis flava.

Mustela-10. Bl. pinna dorsali anteriore triradiata. *Mus. Ad. Fr.*

1. p. 69.

D.3,43.P.17.V.2.A.29.C.13.

β) Bl. pinna dorsali anteriore radiis 3, posteriore 40.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 69.

D.3,40.P.16.V.2.A.28.C.12.

Habitat in India.

Viviparus. 11. Bl. ore tentaculis duobus.

Fn. succ. 317. Müll. prodr.

p. 43. n. 358. *zool. dan.*

t. 57. *Mus. Ad. Fr.* 1.

p. 69.

D. 80. P. 19. V. 2. A. 66. C. --

Ad. Stockh. 1748. p. 32. t. 2.

Tanglake.

D. 79. P. 20. V. 2. A. 70. C. --

Gron. mus. 1. p. 65. n. 145.

zool. p. 77. n. 265. *Ad.*

ups. 1742. p. 87. Enche-

lyopus corpore lituris va-

riegato, pinna dorsali ad

caudam sinuata.

D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.

188. n. 3. t. 72. Blennius

naribus tubulosis.

Br. 7. D. A. C. 148. P. 20. V. 2.

Art. syn. 45. Blennius ca-

pitate dorsoque fusco-fla-

vescente lituris nigris, pin-

na ani flava.

Will. icht. p. 122. *Raj.*

pisc. p. 69. *Jonst. pisc.* p.

1. t. 46. f. 8. Mustela vi-

vipara.

Brit. zool. 3. p. 172. n. 5.

t. 10. Viviparus Blen-

ny.

Habitat in maris europæi fundo, cancris potissimum victi-

tans, aliorum piscium præda, vivos fetus pariens, 15

circiter pollices longus; anguillæ instar lubricus, ex flavo

& nigro varius, squamis minutis, oblongis, albis, margine nigris vestitus, parum edulis; spinæ in obscuro lucent, coctione virescentes.

Caput parvum; os exiguum; mandibulæ labiis robustis dentibusque minutis instructæ, superior longior; palatum brevisque lingua glabra; faux officulis 2 asperis inæqualis; oculi oblongi, pupilla nigra, & iride argentea; abdomen breve; anus amplus; linea lateralis recta obsoleta; gula & pinna analis flava; pinnæ radiis mollibus; dorsalis flavescens, maculis 10-12 nigris varia, caudam versus humilior.

Lumpe- 12. Bl. corpore areolis dorsalibus fuscis. Müll. prodr.

zool. dan. p. IX.

Art. syn. 45. Blennius cirris sub guta pinniformibus quasi bifidis, areolis dorfi transversis.

Ström. söndm. I. p. 315. n. 4. Tangbrosme.

O. Fabr. f. groenl. p. 151.

n. 109. Blennius corpore

teretiufculo flavicans,

areolis dorsalibus fuscis. D. 63. P. 15. V. 2. A. 41. C. 18.

Habitat in maris europæi fundo argilloso & arenoso, inter fucos littoreos se abscondens ibique Julio ova sua ponens; lævis, squamis minutis fixis rotundis vestitus, pallescens, subtus albus, posterius flavus.

Caput flavicans, corpore angustius; pinnæ dorsalis radii spinosi retrorsum arcuati.

faninus. 13. Bl. pinnis ventralibus sub-

sexfidis, cirro gulari. Fn.

fuec. 216. Müll. prodr.

zool. dan. n. 559.

Br. 7. D. 66. P. 22. V. 2. A. 60. C. 30.

β) Gadus (raninus) dipterygius cirratus, pinnis ventralibus bifetis. Müll. zool. dan. p. 15. t. 45. Dansk. Vidensk. Selsk. Skrift. 12. p. 291-298.

Blennius fuscus ore cirrato, pinnis omnibus fetaceis.

Stöm. söndm. I. p. 322.

Müll. zool. dan. prodr. p.

34. p. 360.

Habitat in Sueciæ lacubus: ubi hic, ibi alii pisces recedunt; nec piscis ipse esculentus, inter gados & blennios intermedius.

β) oceani septentrionalis incolæ ex nigro fuscus squamis minutis & mucro obductus, ad pinnam dorsalem usque depressus, dein compressus & acuminatus. Caput valde depressum corpore latius; oculorum pupilla violacea, iris fulva; rictus repandus, fauce alba; mandibula utraque serie duplici dentium aceroforum rubentium armata; lingua obtusa, carnosæ, crassæ; pinnæ nigrae, carnosæ, molles, dorsalis & analis æquales, postice abruptæ; ventralium radii 2 priores in setam excurrunt, altero anteriorem duplo superante.

muræ- 17. *Bl. membrana branchiosteg-*
noides,

ga triradiata, pinnis ventralibus uniradiatis spinosis minimis. Sujef. act. ac.

Petrop. 1779. 2. p. 195.

t. 6. f. I.

Br. 3. D.--P.--V. I. A.--C.--

Corpus compressum, ensiforme, alepidotum, læve, ultra 6 pollices longum, ex fusco cinerascens, in capite & ventre magis albicans; caput subtuberculatum, fronto-trigona convexiuscula; os obliquum; mandibulæ æquales, duplici dentium ordine armatæ; linea dorsalis obsoleta; anus in medio corporis; dorsi pinna aculeata; pectorales & caudalis oblongæ; analis æqualis.

KURTUS. *Corpus utrinque carinatum: Dorsum elevatum.*

Membrana branchiostega radiis duobus,

indicus. I. KURTUS. Bloch aust. Fisch.

2. p. 122. n. I. t. 169. Br. 2. D. 17. P. 13. V. 6. A. 32. C. 18.

Habitat in mari indico, testaceis cancrisque viditans, laminis quasi argenteis densissime tectus, latus, brevis, tenuis, aurcus.

Caput magnum, compressum, apice obtusum; oculi grandiusculi, pupilla nigra, iride supra cærulea, infra alba;

rostrum *amplum*; mandibula *utraque* *multiplici* *dentium* *minorum* *ordine* *armata*, inferior paulo longior, paulisper *curvata*; lingua *brevis*, *cartilaginea*; palatum *laeve*; branchiarum *apertura* *ampla*, operculum *membranaceum*; dorsum *maculis* *aurantiis*, & ante *pinnam* *maculis* *4* *nigris* *varium*; *linea* *lateralis* *recta* *supra* *pinnam* *pectoralem* *incipiens*; anus *prope* *caput*. *Pinnæ* *radii* *bifurcis*; *pectorales* & *ventrales* *aureæ*, *marginem* *rubescens*, *reliquæ* *basi* *cærulescentes*, *versus* *marginem* *flavæ*; *dorsalis* & *ventralis* *radius* *primus* *durus*, *analis* *duo* *priores* *spinosi*, *omnes* *hi* *autem* *simplices*.

III. THORACICI.

*Branchia officulata.**Pinnæ ventrales sub ipso thorace sitæ.*

156. CEPOLA. *Caput subrotundum compressum, Os simum, Dentés curvati, simplici ordine.*

Membrana branchiostega radiis sex, Corpus ensiforme, nudum, abdomine vix capitis longitudine.

Tænia. I. C. pinna caudæ attenuata, capite obtusissimo. D. 60. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. 58. C. 9.

Bloch ausl. Fisch. 2. p. 126.

t. 170. Cepola capite truncato.

D. 66. P. 15. V. 6. A. 60. C. 10.

Art. gen. 33. syn. 114. Tænia auctorum.

Klein misc. pisc. 14. p. 57.

n. 10. Enchelyopus totus pallide rubens, in imo ventre albescens, &c.

Rondel. pisc. 1. p. 327. Gesn. aq. p. 938. icon. an. p. 404.

Aldrov. pisc. p. 370. Jonst. pisc. p. 22. t. 6. f. 2. Tænia altera.

Will. ichth. p. 117. Raj.

pisc. p. 71. n. 10. Tænia rubra, Cavagiro & Freggia.

Habitat in maris mediterranei uliginosis littoreis, testaceis cancrisque vicitans, ad tres cubitos usque longa; parum esculenta, utrinque carinata, argentea, dorso cano rubro-guttato, tenuissima, subpellucida.

Caput supra latiusculum; rictus amplus; mandibula superior simplici, inferior duplici dentium acutorum distantium ordine armata longior; lingua tenuis, lata, aspera; oculi magni ad verticem, pupilla nigra, iride ex argentea

carulescente; branchiarum apertura ampla; operculum lamina simplici constans, ante hoc utrinque pori 5, plures prope oculum; linea lateralis recta; pinnæ rubræ, dorsalis longa & analis bifurcis, reliquæ ramosæ; pectorales & ventrales exiguæ, caudalis cuneata.

rubef-
cens.

2. C. pinna caudæ attenuata, maxillis acutis. *Mus. Ad.*

*Fr. 2. p. 63.**

D.68.P.17.V.6.A.58.C.12.

Syst. nat. X. 1. p. 259. Ophidium macrophthalmum.

D.69.P.15.V.6.A.62.C.12.

Brünn. pisc. mass. p. 28. n. 39.

D.68.P.15.V.6.A.60.C.11.

Art. syn. 115. Tænia serpens rubescens dicta.

Habitat in mari mediterraneo, an satis distincta a tænia?

Corpus pallide carneum; caput nudum; dentes acuti; iris argentea; pinna dorsalis a nucha incipiens; anus paulo post pinnas ventrales.

trachyp-
tera.

3. C. capite declivi, maxilla utraq; fornicata, pinnis aculeatis ferratis scabris.

Habitat in mari adriatico, linea laterali recta, squamarum serie simplici; an secundum Forsterum proprium genus?

157. ECHENEIS. *Caput pingue, nudum, depressum: supra planum marginatum, transverse fulcato-ferratum.*

Membrana branchiostega radiis decem.

Corpus nudum.

Remora. 1. E. cauda bifurca striis capitis 18. *Forsk. Fn. arab.*

p. 19.

Bloch aust. Fisch. 2. p. 134.

t. 172. Echeneis pinnâ

caudali semilunata. Br. 9. D. 21. P. 22. V. 4. A. 20. C. 20.

Art. gen. 15. syn. 28. Plin.

hist. mund. l. 9. c. 15. l. 32.

c. 1. Gesn. aq. p. 440.

Amæn. acad. 1. p. 603.

Echeneis.

D.22.P.28.V.5.A.22.C.16.

Gron. mus. 1. p. 12. n. 33.

Echeneis striis capitis septendecim.

Gron. zooph. p. 75 n. 256.

Echeneis cauda bifurca.

Klein miss. pisc. 4. p. 51. n. 1.

Echeneiscærulefscens, ore retuso.

Petiv. gazoph. l. 44. t. 12.

Remora corpore tereti.

Olear. Kunstk. p. 42. t. 25.

Bell. aq. p. 440. *Sloan.*

jam. 1. p. 8. *Will. ichth.*

app. p. 5. t. 9. f. 2. *Ca-*

tesb. Carol. 2. t. 26. *du*

Tertre ant. 2. p. 209. 222.

Rondel. de pisc. 1. p. 436.

Habitat in Oceano, mari mediterraneo & pacifico, i-1 1/2

pedes longa, parum edulis, ne squalis quidem appetita,

ex sulcis capitis, dum ad aliud corpus asperum se ap-

primit, setas protrudens, quibus in hujus poros ingressis

firmissime adhæret, producta, crassa, mucò obducta, &

foveolis excavata.

Caput antrorsum acuminatum, supra latum, scuto sulcis

16-19 exarato ad dorsum usque producto; rictus amplus;

mandibulæ dentibus minutis radulæ instar asperæ, in-

ferior longior; lingua lata, tenuis, libera, & prouti

palatum, dentibus exilibus aspera; prope labium supe-

rius utrinque pori 2, anterior tubulosus, posterior ova-

lis; oculi parvi, pupilla nigra, iride argentea; bran-

chiarum apertura amplissima; membrana libera; dor-

sum convexum nigrum; colore versus abdomen sensim

in album abeunte; linea lateralis obsoleta, media, a

nucha incipiens, ad finem pinnæ pectoralis medium

versus flexa, tum recta ad medium caudæ usque decur-

rens; anus caudæ propior; pinnæ parvæ, cute crassa

tectæ, radiis mollibus ramosis, plurimæ cinereæ mar-

gine fuscæ, caudalis semilunata.

Nencra- 2. E. cauda integra, striis ca-

tes.

pititis 24. *Hasselq. it. pal.*

p. 324. n. 68.

D.37.P.21.V.5.A.37.C.16.

Gron. zooph. p. 75. n. 252.

Bloch. ausl. Fisch. 2. p. 131.

t. 171. Echeneis cauda rotundata.

Br. 9. D. 40. P. 20. V. 4. A. 35. C. 11.

Gron. mus. 1. p. 13. n. 34.

Echeneis striis capitis 22.

Brown. jam. p. 443. Echeneis fuscus, pinnis posterioribus albo-marginatis.

Seb. mus. 3. p. 100. t. 33.

f. 2. Echeneis in extremo subrotunda.

Aldrov. de pisc. p. 335. *Jonst.*

de pisc. p. 16. t. 4. f. 3.

Echeneis vel Remora.

Marcgr. bras. p. 180. Ipe-

ruquiba & Piraguiba bra-

filiensibus.

Will. ichth. p. 119. t. G. 8.

f. 2. *Raj. pisc.* p. 7. n. 12.

Remora Imperati.

Petiv. gazoph. t. 44. f. 12.

Remora.

Habitat in maris regionibus omnibus, ad 7 pedes longa, parum esculenta, viridis, infra lineam lateralem alba, remora multum affinis, at longior & gracilior.

Caput mediæ magnitudinis; mandibula inferior acuminata; lingua angusta; irides aureæ; cutis squamis nuda, poris plurimis pertusa; linea lateralis media, alba, recta; pinnae flavæ, margine lato violaceo; dorsalis & analis a caudali remotissimæ; anus fere in medio.

158. CORYPHÆNA. Caput maxime truncato-declive.

Membrana branchiostega radiis quinque.

Pinna dorsalis longitudine dorsi.

Hippurus. I. C. cauda bifida, radiis dorsalibus sexaginta.

Os. it. 307.

D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 18.

Br. 10. D. 60. P. 19. V. 6. A. 27. C. 20.

PISCES THORACICI. Coryphæna:

Art. gen. 15. *syn.* 28. Coryphæna cauda bifurca. D.--P.20.V.6.A.--C.18.

Bloch aust. Fisch. 2. p. 143.

t. 174. Coryphæna pinna ani radii viginti quinque.

Br.7.D.48.P.16.V.6.A.25.C.18.

Klein miss. pisc. 5. p. 55. n.

1.2. Hippurus pinnis branchialibus deauratis brevibus fed latis, &c.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 16.

l. 32. c. 11. *Rondel. pisc.*

1. p. 255. *Gesn. aq.* p. 423.

icon. an p. 75. *Jonst. pisc.*

p. 11. t. 1. f. 9. *Aldr.*

pisc. p. 306. *Will. ichth.*

p. 213. t. O. 1. f. 5. *Raj.*

pisc. p. 100. n. 1. Hippurus.

Habitat in mari mediterraneo, & oceani regionibus paulo calidioribus, in aqua vivus aureo nitore resurgens, post mortem evanido, 4 - 5 pedes longa, voracissima, exocætas & triglas exagitans, & navigia sequens, quicquid ex iis elabatur avide arripiens, vitæ parum tenax, carne ut plurimum sapida, torosa, compressa, squamis teneris arte adhærentibus vestita, supra thalassina aurantio maculata, subtus argentea.

Caput breve, compressum, supra cæruleum, ad latera virescens, subtus argenteum; oculi rotundi ori vicini, pupilla nigra, linea alba & iride aurantia cincta; rictus amplus; labia robusta; mandibulæ æquales, dentium minorum acutorum retrorsum curvatorum 4 ordinibus armata; lingua brevis; palatum amplum; branchiarum apertura ampla, operculum lamina simplici constans, membrana sub hoc latens; dorsum convexum; linea lateralis flava, ad finem pinnarum pectoralium flexa, tum recta; pinnæ basi dilute fuscæ, ceterum flavæ, caudalis margine virescens, analis angusta tota flava, dorsalis radiis flava, membrana eos necedente cærulea.

Equifelis. 2. C. cauda bifurca, radiis dorsalibus quinquaginta tribus.

Osborn. it. 308. Dorado. Br.6.D.53.P.19.V.6.A.23.C.20.
Marcgr.

*Marcgr. bras. p. 160. Pifis
ind. p. 160. Will. ichth.
p. 214. Raj. pisc. p. 100.
n. 2. Guaracapema.*

*Habitat in alto Pelago, pulcherrima, vix ab hippuro dis-
tincta.*

Plumieri. 14. C. pinnæ analis radiis quin-
quaginta quinque. *Bloch
ausf. Fisch. 2. p. 146. t.
175.*

Br. 4. D. 77. P. 11. V. 6. A. 55. C. 16.

*Habitat in mari insulas Antillas circumfluente, producta,
satis magna, squamis minutis vestita, supra fusca lineis
curvis cæruleis variâ, ad latera aurea, subtus argentea
carne sapida.*

*Caput oblongum, supra latum, squamis nudum & fuscum,
supra oculos flavum, juxta eos radiis cæruleis pictum,
ad latera argenteum; oculorum pupilla nigra linea alba
& iride rubra cinæa; branchiarum apertura ampla, oper-
culum angulo obtuso terminatum, simplici lamina constans,
membrana libera, lateralis; dorsum convexum; anis
capiti vicinus; pinnæ pectorales & ventrales breves, basi
flavæ, margine cineræ, radiis ramosis; dorsalis viola-
cea & analis flavescens longæ, radiis simplicibus; cau-
dalis flava, medio rubescens, margine cærulea, radiis
ramosis, mediis brevibus, lateralibus longissimis.*

cærulea. 15. C. tota cærulea. *Bloch
ausf. Fisch. 2. p. 148.
t. 175.*

Br. 4. D. 19. P. 14. V. 5. A. 11. C. 19.

*Catesb. Car. t. 18. Novacula
cærulea.*

*Habitat in oceanò americano, squamis magnis vestita,
compressa, supra convexa.*

*Caput magnum, supra ad genas & branchias squamis
tecum; oculi rotundi, magni, pupilla nigra, linea alba
& iride flava cinæa; rictus amplus; mandibulæ serie
dentium robustorum acuminatorum armatæ; branchia-
rum apertura amplissima, operculum simplici lamina
constans; linea lateralis dorso propior; pinnarum dorfi
& ani radii simplices, reliquarum ramosi.*

pentadac-3. C. maculis nigris quinis ver-
tyla.

*Af. stockh. 1740. p. 460.
t. 3. f. 2. Blennius macu-*

Tom. I. Pars III.

Hhhh

PISCES THORACICI. Coryphæna.

lis 5 utrinque versus caput nigris.

Br.4.D.22.P.11.V.1/2.A.1/4.C.13.

Bloch auct. Fisch. 2. p. 140.

t. 173. Coryphæna cauda æquali, pinna dorsi radiis viginti uno.

Br.4.D.21.P.13.V.6.A.15.C.12.

Valent. amb. 5.p.308.f.87.

Ikan Bandan Jang Swan-gi, & p. 388. f. 123. Bandasche Cacatoeha & p. 435. f. 292. Rievier Dolfyn.

Renard pisc. 1. p. 23. Oran-

jevifch met vier vlakken, & t. 14. f. 84. Banda; 2. t. 2. f. 6. Ican Banda & t. 23. f. 112. Ican Potou Banda.

Ruyfch. theatr. anim. p. 40.

n. 8. t. 20. f. 8. Ican Banda.

Habitat in Sinæ, moluccarumque insularum fluviis, frequentissima, ad pedem longa, tenuis, utrinque obtuse carinata, squamis magnis vestita, supra fusca, ad latera alba, carne sapida.

Caput magnum, supra fuscum, stria antrorsum obscure cærulea insignitum; oculi ad verticem pupilla obscure cærulea, iride flava; rictus mediæ amplitudinis; mandibulæ serie dentium acutorum, duobusque caninis armatæ; labia tenuia; genæ squamis exilibus rectæ; branchiarum apertura amplissima, operculum, sub quo membrana latet, duabus laminis magnis constans; maculæ abdominis exiguæ, rotundæ, cæruleæ; dorsi 2 priores nigrae circulo flavo cinctæ, anterior orbicularis, altera ovalis, reliquæ cæruleæ minores; linea lateralis dorso, anus ori propior. Pinna dorsalis cærulescens, margine aurantia, radiis 9 prioribus spinosis; ventrales basi maculis 2 albis notatæ, & prouti pectorales & caudalis, basi aurantiæ, margine violaceæ, radiis ramosis; analis cærulescens, radiis simplicibus.

Novacu- 4. C. capite pinnisque cancellatis lineis cærulescentibus.

Art. gen. 15. syn. 29. Coryphæna palmaris pulchre varia, dorso acuto.

Habitat in mari mediterraneo.

Pompilus. 5. C. dorso supra lineam lateralem curvam fasciis flavescens picto.

D. $\frac{8}{33}$, P. 14. V. 6. A. $\frac{2}{24}$. C. 16.

Art. gen. 16. syn. 29. Coryphæna cauda æquali, linea laterali curva.

Habitat in Pelago, pinguis, posterius acuminata.

Caput obtusum, latera cavernoso-dentata; os valde dehiscens intus scabrum; mandibulæ latere coherentes inferior ascendens; pinna dorsalis prior unita posteriori; pinnæ pectorales admodum acuminatæ.

fasciolata. 16. C. lacteo-argentea, circulis transversis fuscis a fasciis pinnæ dorsalis defluentibus, in dorso passim coherentibus, in ventre evanidis. *Pall. spicil. zool. 8.*

p. 23. t. 3. f. 2.

Br. 6. D. 54. P. 19. V. 5. A. 27. C. 17.

Habitat in Amboina, bipollicaris, elegantissima, striata, a: tenuata, ex tereti paulisper compressa, dorso subgriseo.

Caput conicum, supra planum; oculi magni, planti, iride aurea; rictus amplus; lingua plana, rotundata, lævis; branchiarum apertura amplissima, operculum ex laminis duabus, rotundatis, integerrimis constans; linea lateralis recta, parum prominens; anus in medio corporis; pinnæ pectorales & ventrales hyalinæ; dorsalis & analis fasciis fuscis variæ; caudalis profunde bifurca, lunula fusca notata.

velifera. 17. C. ex cinereo argentea, pinnis dorsali & anali maximis, ventralibus minimis.

Pall. spic. zool. 8. p. 19.

t. 3. f. 1.

Br. 7. D. 55. P. 14. V. 11. A. 51. C. 22.

Habitat in oceano indico australiori, parva, plana, tenuis, caudam versus æquabiliter attenuata, squamarum majuscularum; tenuium, tenerime striatarum, apice profunde emarginatarum, basi spina brevi recumbente armatarum seriebus longitudinalibus utrinque 11 recta.

H h h h 2

PISCES THORACICI. Coryphæna.

Caput squamis truncatis vestitum; oculi majusculi, iride aurea; os ascendens, profunde rescissum; mandibulæ dentium subulato-incurvorum serie, superior simplici, inferior paulo longior duplici, ciliata; pinna dorſi a fronte incipiens, radiis membrano tenerrima fusca cano-guttata inter se nexis, 2 prioribus brevissimis, triquetris offeis, reliquis setaceis, 9-17 longissimis; pinnæ pectorales albidiores acuminatæ, mediocres; ventrales subuniradiatæ; analis marginè candidæ radii 2 priores candidi, offei, primus brevissimus, alter prælongus, reliqui setacei, quintus longissimus; cauda profunda bifurca; adminiculis 3.

- Pfittacus.** 6. C. linea laterali intercepta, pinnis longitudinalibus colore lineatis. D. $\frac{9}{29}$. P. 11. V. 6. A. 16. C. 14.
Habitat in Carolina, pulcherrima, colore tamen a morte evanido. Garden.
 Caput pulcherrime variegatum; oculorum iris flammea, cæruleo cinclæa; in mediò trunco versus dorsum macula rhombea, purpurea, flammeo, viridi, luteo, cæruleo varia; anus in mediò corporis; pinna dorſalis & analis linearis, illa a capite incipiens, utraque ad caudam fere pergens.
- acuta. 7. C. cauda acuminata, linea laterali convexa. D. 45. P. 16. V. 6. A. 9. C. 16.
Habitat in oceano asiatico.
- fina. 8. C. cauda integra, labio inferiore longiore. D. 32. P. 16. V. 6. A. 16. C. 16.
Habitat in oceano asiatico.
- virens. 9. C. pinnis appendiculis filiformibus. D. 26. P. 13. V. 6. A. 14. C. 16.
Habitat in oceano asiatico.
 Pinna dorſalis & analis terminatur appendice filiformi elongata, ventralium radius alter terminatus filo.
- hemiptera. 10. C. maxillis subæqualibus, pinna dorſali brevi. D. 14. P. 15. V. 8. A. 10. C. 18.
Habitat in oceano asiatico.
- branchiostega. 11. C. apertura branchiarum rima transversa. D. 24. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 16.
Habitat in oceano asiatico.
- japonica. 18. C. lutea, branchiarum apertura rima transversa.

PISCES THORACICI. Coryphæna.

1195

Houttuyn *act.* *Haarl.* XX.

2. p. 315.

D. 24. P. 14. V. 6. A. -- C. 17.

Habitat in mari Japoniam alluente, 6 pollices longa, teneris squamis vestita, vix distincta a branchiostega.

clypeata. 12. C. lamina ossea inter oculos.

D. 32. P. 14. V. 5. A. 12. C. 7.

Habitat in oceano asiatico.

lineata. 13. C. capite picto lineis transversis coloratis.

D. $4\frac{1}{2}$. P. 11. V. 6. A. 15. C. 12.

Habitat in Carolina, squamis magnis vestita. D. Garden. Caput compressum, nudum; dentes primores 2 longiores, exserti distantes, acuti in utraque mandibula; branchiarum opercula laevia; pinnæ dorsalis & analis lineolis pictæ; cauda rotundata.

rupestris. 19. C. dorso dipterygio, pinnæ dorsalis primæ radio primo retro - dentato.

Müll. prodr. zool. dan. p. 43. n. 363.

O. Fabr. Fn. groenl. p. 154. n. 111. Coryphæna rupestris, Ingmingoak.

Bloch austr. Fisch. 2. p. 152. t. 177. Macrourus rupestris.

Br. 6. D. 11, 124. P. 19. V. 7. A. 148. C.

Gunner act. Nidros. 3. p. 43. t. 3. f. 1. Coryphænoides rupestris.

Egede Groenl. p. 50. Fisklig en Brofme.

Cranz Groenl. p. 140. Ingminniſet.

Ström. söndm. I. p. 267. Berglax.

Habitat in groenlandicorum portuum profundis, argentea, ad 3 pedes longa, Groenlandis edulis, aspera, magnis durisque squamis tecta, quæ linea prominente, dura, dentata aspera sunt.

Caput magnum, supra latum; oculi prægrandes, rotundi, pupilla nigra, iride argentea; ante oculos foramina 4 bina rotunda, 2 oblonga; rictus amplus; mandibulæ dentium acutorum, superior longior, cirro subtus munita, ordinibus

Hhhh 3

5, inferior 3 armata; lingua alba, cartilaginea, crassa, brevis, & prouti palatum, glabræ; branchiarum apertura ampla, operculum lamina simplici constans, membrana libera; anus capiti, linea lateralis dorso propior; dorsum & pinnæ cinereæ.

159. GOBIUS. Caput parvum poris duobus inter oculos approximatos: altero anteriore.

Membrana branchiostega radiis quatuor.

Corpus parvum, utrinque compressum, squamis exilibus vestitum, verruca pone anum munitum.

Pinnæ ventrales unitæ in ovatam; dorsales binæ.

- niger. 1. G. pinna dorsali secunda radiis quatuordecim. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 64.* Müll. prodr. zool. dan. p. 44. n. 364.* D.6,14.P.18.V.10.A.11.C.14.
- Mus. Ad. Fr. 1. p. 74. Art. gen. 28. syn. 46. Gobius e nigricante varius, pinna dorsi secunda officulorum quatuordecim.* D.6,14.P.17.V.--A.14.C.--
- Osborn. 131. Apocryptes cantonensis.* D.6,14.P.10.V.12.A.13.C.18.
- Bloch Fisch. Deutschl. 2. p. 5. t. 38. f. 1. 2. 5. Gobius ex albo & fusco varius, pinna dorsali secunda radiis XIV.* * D.5,14.P.18.V.10.A.12.C.14.
- Gron. mus. 2. p. 17. n. 170. zool. p. 82. n. 280. Eleotris capite plagioplateo, maxillis æqualibus, pinnis ventralibus concretis.*

Klein miss. pisc. 5. p. 27. n. 1.

Gobio branchiarum oper-
culis & ventre flavican-
tibus, &c.

Rondel. pisc. 1. p. 200. Gesn.

aq. p. 396. Thierb. p. 6. b.
Gobio niger.

Bellon. aq. p. 233. Aldr.

pisc. p. 97. Will. ichth. p.
206. Raj. pisc. p. 76. Go-
bious niger.

Seb. mus. 3. p. 88. t. 29. n.

15. Gobius.

β) Gobius niger. *Houttuyn act.*

Haarl. 20. 2. p. 316. D. 5, 10. P. 16. V. -- A. 11. C. 18.

Habitat in oceano europæo & asiatico, cuneatus, 5-6 pol-
lices longus, albicans, maculis ex atro fuscis flavisque va-
rius, vere littora petens, & fluviorum ostia intrans, Ma-
jo & Junio ova pariens, sapidus, gadorum crebra præda.

Caput inferiora versus compressum; oculi ex oblongo rotun-
di, pupilla nigra, iride argentea; mandibulæ æquales,
duplici dentium serie armatæ; lingua libera; truncus
• squamis duris cinereis vestitus; dorsum convexum,
nigro-fasciatum; linea lateralis obsoleta; abdomen
flavicans; abdomen in medio corporis. Pinnæ glaucæ
nigro-maculatæ, radiis mollibus, dorsales & analis
simplicibus, reliquæ fissis; pectorales læves, reliquæ
longæ; caudalis rotundata.

bicolor. 9. G. fuscus, pinnis omnibus
nigris. *Brünn. pisc. mass.*

p. 30. n. 41.

D. 6, 16. P. 19. V. 12. A. 15. C. 17.

Habitat in mari mediterraneo, paganelli facie, 3 pollices
longus, pinnarum radiis ultra membranam nectentem
vix eminentibus.

cruenta- 10. G. ore rubro - pustulato,
tus. pinnarum dorsaliū radiis
ultra membranā emi-

Gobii in fundo maris inter saxa latentes vermibus, insectis, piscium ovīs foetibusque
vix exclusis videntur; os exiguum; mandibulæ dentibus minutis acutis armatæ;
lingua brevis obtusa; palatum ossibus & asperum; branchiarum apertura angusta
rotundata; linea lateralis media.

PISCES THORACICI. Gobius.

mentibus. *Brünn. pisc.*

mass. p. 30. n. 42. Br. 5. D. 6, 16. P. 19. V. 12. A. 15. C. 15.

Salv. aq. 214. 82?

Habitat in mari mediterraneo, paganelli facie, spithamæ magnitudine, pallidus, fasciis obsoletis fuscis; an Jozonis varietas?

Os, branchiarum opercula, gula & pinnae maculis sanguineis pustulata; infra oculos lineæ transversæ membranaceæ, 2 aliæ longitudinales ante pinnam dorso; pinnae plurimæ infuscatæ, radiis setaceis; pectorales rotundatæ; ventrales cærulecentes, radiis apice fissis, caudalis circinata, nigro-subfasciata.

Paganellus. 2. G. pinna caudali dorsali que secunda basi purpurascente, priori linea lutea terminali.

Art. gen. 29. syn. 46. Gobius linea lutea transversa, in summo pinnae dorsalis primæ.

Hasselq. it. 326. Gobius Paganellus.

D. 6, 17. P. 17. V. 12. A. 16. C. 20.

Habitat in mari mediterraneo.

Arabicus. 11. G. pinnae dorsalis primæ radiis quinque posterioribus filo rubro terminatis membrana duplo longiore. *Forsk. Fn. arab. p. 23. n. 5.*

D. 6, 14. P. 16. V. 12. A. 13. C. 17.

Habitat Djiddæ in Arabia, digiti minimi magnitudine, ex fusco virescens, muculis violaceis plurimis sparsis crebro confluentibus, punctisque cæruleis varius.

Cutis mollissima, squamis minutis arctissime adnatis vestita; pinnae omnes maculatæ, caudalis cuneata.

nebulosus. 12. G. pinnae dorsalis primæ radio secundo filo membrana duplo longiore nigro terminato. *Forsk. Fn.*

arab. p. 24. n. 6. Br. 7. D. 6, 11. P. 18. V. 12. A. 11. C. 14.

Habitat Djiddæ in Arabia, tripollicaris, albidus, maculis fuscis in nebulas confluentibus varius, subtus albus immaculatus.

Cutis squamis magnis, rhombeis, rigidis aspera; oculorum pupilla cærulescens, iris alba; Pinnæ pectorales glaucæ, basi maculis obsolete fuscis variæ; ventrales fuscescentes; dorsales & rotundata caudæ hyalina, fusco-guttata; analis hyalina margine exteriori nigra.

- Eleotris. 3. *G. pinna anali radiis novem.*
Lagerstr. chin. 28. Br. 5. D. 6, 11. P. 20. V. 10. A. 9. C. 10.
Osborn. it. 260. *Gobius chinensis.* Br. 5. D. 6, 11. P. 18. V. 8. A. 8. C. 12.
Amæn. ac. 1. p. 311. *Traichinus capite inermi nudo, pinnis ventralibus coadunatis.* D. 6, 10. P. 16. V. 12. A. 10. C. 14.
Gron. zooph. 276. *Gobius albescens, pinnis utrisque dorsalibus altitudine æqualibus, cauda subrotunda.* D. 6, 10. P. 14. V. -- A. 9. C. 15.
Habitat in Sina.
- Aphyæ. 4. *G. fasciis etiam pinnarum fuscis.* *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 64.* D. 6, 16. P. 18. V. 12. A. 14. C. 13.
Art. gen. 29. *syn.* 49. *Gobius uncialis, pinna dorsi secunda officulorum* 17. D. 6, 17. P. 17. V. 6. A. 11. C. --
Habitat in Nilo, mari mediterraneo.
- minutus. 13. *G. albicans ferrugineo-maculatus, radiis dorsalibus & caudalibus ferrugineo obsolete striatis.* *Pall. spic.* 1001. 8. p. 4. D. 6, 11. P. -- V. -- A. 11. C. --
Gron. zooph. 1. p. 81. n. 276.
Rondel. pisc. 1. p. 210. *Gesn.* 49. p. 67. *Will. ichth.* p. 207. *Raj. pisc.* p. 76.
Aphyæ cobites.
Habitat in mari belgico, 3 pollices longus.
Caput depressum; oculi magni, prominuli, iride sapphirina; lingua magna; pinnæ dorsales remotæ; cauda æqualis.
- Jozo. 5. *G. radiis dorsalibus eminentibus setaceis.* *Mus. Ad.*

PISCES THORACICI. Gobius.

- Fr. 2. p. 65. * Müll. prodr. zool. dan. p. 44. n. 365. Br. 4. D. 6, 13. P. 16. V. 12. A. 13. C. 14. Art. gen. 29. syn. 47. Gobius pinna ventrali cærulea, officulis pinnæ dorsalis supra membranam affurgentibus.*
- Gron. mus. 2. p. 23. n. 176. zooph. p. 81. n. 275. Gobius albescens, officulis pinnæ dorsalis primæ, præaltis setiformibus. D. 6, 16. P. 19. V. 12. A. 13. C. 15.*
- Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 168. t. 107. f. 3. Gobius pinnis cæruleis, radiis in pinna dorsali prima eminentibus. D. 6, 14. P. 16. V. 12. A. 14. C. 16.*
- Klein pisc. miss. 5. p. 27. n. 3. Gobio, radiis in anteriore dorfi pinna supra membranas connectentes altius affurgentibus, &c.*
- Salv. aq. p. 213. Jozo.*
- Rondel. pisc. 1. p. 200. Gesn. aq. p. 396. Thierb. p. 7. Aldr. pisc. p. 97. Gobius albus.*
- Will. ichth. p. 207. t. N. 12. n. 4. Raj. pisc. p. 76. n. 2. Gobius tertius.*
- Habitat ad oceani europæi & maris mediterranei littora, 4-6 pollices longus, albicans, squamis mediæ magnitudinis tectus, supra fuscus testaceis, cancris piscibusque junioribus victitans, ova in locis arenosis ponens, parum esculentus, gadorum frequens præda.*
- Caput compressum; oculorum pupilla nigra, iris alba; mandibulæ æquales; dorsum convexum, subarcuatum; linea lateralis nigricans, recta, media.*
- pectini-76. *G. dentibus maxillæ inferioris horizontalibus.*
- Lagerstr. Chin. 29. f. 3. D. 5, 26. P. 19. V. 12. A. 25. C. 15. Osb. it. 130. Apocryptes chinensis. Br. 5. D. 5, 26. P. 18. V. 10. A. 26. C. - -*
- Habitat in Sina.*

barbarus. 7. G. pinnis pectoralibus flabello infistentibus, pinna dorsali priore radiis 12, posteriore 13.

Habitat - - -

Schlosseri. 14. G. ex fusco nigricans, sub-
tus exalbidus, pinnæ dor-
salis primæ radiis spinosis.

Pall. spic. zool. 8. p. 3.

t. I. f. 1-4.

Br. 3. D. 8, 13. P. 16. V. 12. A. 12. C. 19.

Habitat in Amboinæ paludosis aquis, caneros varios venans, & ab infestis hostibus agitatus in cœnum se propriens, spithamæ magnitudine, pinguis, ex terete compressus, caudam versus vix attenuatus, squamis majusculis, rotundatis, coriaceis, mollibus tectus.

Caput declive, longum, corpore multo crassius, convexe subtetragonum; frons inæqualis; os transversum; labia crassa, carnosa, interius granulosa, superius duplicatum; dentes magni, inæquales, distantes, inordinatim alterni, palatum carnosum; lingua crassa, carnosa, mollis; oculi in vertice antè protuberantes, contigui, pupillis ad latera versis, sinu insigni lunato infra utrumque; brachiarum opercula oblonga squamosa; pinnæ radiis plurimæ ramosis; pectorales basi carnosæ, squamosæ, quasi brachiis insidentes; analis radii modo 3 postremi ramosi; cauda ex ovato acuta; linea lateralis nulla; anus in medio corpore, adstante pedunculo genitali ligulato.

melanuros. 15. G. pinna dorsali unica, cauda nigra. *Broussonet ichth. dec. I.*

anguilla- 8. G. pinna dorsali unica, cauda rubra.

D. 52. P. 12. V. 10. A. 43. C. 12.

Habitat in Sina, pinguis, anguillæ instar lubricus, cute subdiaphana.

Os sinuum dentibus exsertum; pinnæ omnes rubræ, dorsalis & analis in caudam excurrentes; pectorales valde parvæ, rotundatæ.

Boddaer- 16. G. pinnæ dorsalis anterioris radiis cirrhiformibus, tertio longissimo. *Pall. spic.*

zool. 8. p. 11. t. 2. f. 4. 5. D. 5, 25. P. 21. V. 34. A. 25. C. 18.

Will. ichth. app. p. 6. t. 8.

n. 1. Pitvifch?

Habitat in oceano indico, 6 circiter pollices longus, ex fusco cæruleus, subtus ochroleucus, pinguis, convexus, ad caudam vix attenuatus, squamis exiguis mollioribus vestitus.

Caput crassum, obtusissimum, subconvexum, maculis fuscis albisque varium, a vertice sensim convexo declive; mandibulæ subæquales; labia crassa, carnosæ; oculi in vertice oblongi, vix prominuli; branchiarum membrana ex livido cæruleus; linea lateralis papillis vix conspicuis maculisque hinc inde niveis notata; dorfi maculæ fusca, utrinque 7, totidemque albo-punctata ad latera; anus capiti paulo propior circulo nigro cinctus; pone hunc pedunculus conicus; pinnæ dorsales ex nigro cærulescentes, membrana prioris radios necente albo-punctata, altera radiis setaceis, lineolis albis transversis 6 inter singulos radios; pectorales rotundata; caudalis ex cærulescente albida.

Iagoce- 17. *G. maxilla superiore hemisphaerica, lingua lineaque lateri nulla. Pall. spic. 700l.*

8. p. 14. t. 2. f. 6. 7. Br. 3. D. 6, 11. P. 15. V. 8. A. 10. C. 12.

Koelreut. nov. comm. Petrop.

9. p. 428. t. 9. f. 3. 4.

Piscis teres, versus caudam compressus, digiti magnitudine, squamis minutis tectus, ex griseo fusco-nigricans.

Caput breve, crassum, squamis nudum; os transversum; mandibula superior crassissima, inferior dentibus aliquot majoribus uncinulatis armata; labia medio emarginata, duplicata; superius carnosum crassissimum, ultra mandibulam valde prominens, inferius planum; palatum arcubus aliquot costatum, limbo tenui dentibus minutissimis confertis ferratum; oculi supra caput distantes parvi, cute communi tecti; pinnæ dorsalis prioris radii simplices, alterius & caudæ ramosi; caudalis ex ovali rotundata; pectorales ex lanceolato ovata; ventralis ootyloidea radiis brevissimis confertis; anus in medio corpore, adstante posteriori papilla genitali.

cyprinoi- 18. *G. squamis magnis subciliatis vestitus, pinna caudæ rotundata: radiis membrana fusco-tessellata*

nexis. *Pall. spic. 700l. 8.*

p. 17. t. 1. f. 5.

D.6,10.P.18.V.12.A.75.C.15.

Habitat in Amboina, digiti magnitudine, figura sparum potius aut cyprinum referens, compressus, crassiusculus, convexus, ex fusco griseus, subtus albidior.

Caput corpore paulo crassius, cute molli lineis subtilissimis cancellata teetum; dentes subæquales minuti; lingua plana, mollis, obtusa; oculi laterales, inter hos incipiens crista vel plica nigricans, semilanceolata; pinnæ radiis plurimæ ramosis; dorsales majusculæ, prior altior, radiis simplicibus; pectorales latæ; analis radio primo simplici; caudalis rotundata; linea lateralis obsoleta; ad anum pedunculus genitalis attenuatus obtususculus in fossula recumbens.

lanceola 20. G. cauda longissima acuminata. Bloch Fisch.

Deutschl. 2. p. 8. t. 38.

f. 1. 6. Gron. 700ph. p.

82. n. 277. t. 4. f. 4. Br. 5. D.6,18.P.16.V.11.A.16.C.20.

Pall. spic. 700l. 8. p. 4. Gobius oceanicus.

Habitat in insulæ Martinicæ fluvii & rivis, elongatus, squamis rotundatis imbricatis posterius majoribus teetis, subtus cinereus, carne sapida.

Caput oblongum, truncatum; oculi ad verticem, pupilla nigra, iride aurea; mandibulæ æquales; lingua libera acuta; genæ cærulescentes, margine rubescentes; branchiarum apertura ampla, operculum laminiis duabus constans; linea lateralis media; anus capiti propior, adstante posterius pupilla genitali; pinnæ dorsales & analis radiis simplicibus, mollibus distantibus, membrana tenera pellucida connexis; dorsalis prioris radii ultra membranam longe prominentes; inter utramque dorsalem utrinque macula fusca; pinnæ reliquæ radiis apice fissis; pectorales flavæ margine cæruleæ; caudalis basi ex virescente flava, margine violacea.

Plamieri. 21. G. maxilla superiore prominente. Bloch ausl. Fisch.

2. p. 154. t. 178. f. 3.

D.6,12.P.12.V.6.A.10.C.14.

Habitat in insularum Antillarum aquis, teres, carnosus, supra spadiceus ad latera flavus, subtus albus, squamis minutis teetis, fertilis, carne sapida, concoctu facili.

Caput magnum; oculorum pupilla nigra, iris argentea; labia robusta; branchiarum apertura ampla, operculum lamina simplici constans; anus in medio corporis; linea lateralis recta; pinnæ flavæ; peçtorales & caudalis margine nigricans, radiis ramosis; dorsales & analis radiis simplicibus.

ocellaris. 22. G. maxilla superiore longiore, pinna dorsali, prima ocellata sexradiata.
Broussonet ichthyol. dec. I.
nr. 2. t. 2.

4-4
Br. 5. D. 6, 11. P. 16. V. 6. A. 11. C. —

22

Habitat in insulæ Tahiti rivulis aquæ dulcis, compressus, lanceolatus, squamis imbricatis posterius ciliatis tectus, ex olivaceo & nigro obscure nebulosus, subtus glaucus.

Caput parum compressum, subconicum, nigricans, supra leviter curvatum, medio obtuse carinatum, subtus rectum, planum; oculi oblique fursum spectantes, pupilla nigra, iride glauca; dentes inæquales minuti, mandibulæ inferioris minores; faucium superius & inferius conferti, lineares, acuti; linea lateralis submedia, recta, obsoleta; anus paulo pone medium, apposito posterius pedunculo genitali, lineam longo; pinnæ radiis pleræque apice fissis membrana diaphana nexis; peçtorales & ventralis nigricans; dorsalis prima brevis ex olivaceo & brunneo nebulosa, posterius prope basin ocello nigro varia, radiis simplicibus, apice setaceis deorsum curvatis; altera longa virescens, apice sordide rufescens, radiis virescente & fusco annulatis, primo simplici; analis longa, e fusco virescens, apice hyalina; caudalis ovata virescens, radiis simplicibus.

strigatus. 23. G. pinna ventrali bipartita, dorsali prima sexradiata.
Broussonet ichth. dec. I.
n. 1. t. 1.

3-3
Br. 6. D. 6, 20. P. 20. V. 12. A. 19. —

22

Habitat in oceano pacifico prope insulam Tahiti, compressus, lanceolatus, squamis subquadratis, obsolete crenatis, imbricatis tectus, subpellucidus, ex virescente pallide glaucus, subtus albidus, pone pinnas peçtorales strigis fuscescentibus, posterius infra lineam lateralem maculis obsoletis rubescentibus varius.

Caput compressum, luteum, strigatum & punctatum, supra ex luteo virescens, posterius trunco latius; rictus ore clauso sursum obliquus, amplus; mandibula inferior paulo brevior, dentibus lateralibus aliquantum longioribus; palatum & lingua laevis; faux denticulis introrsum versis, linearibus, acutis & superius & inferius aspera; oculi obliqui, pupilla nigra, iride ex viridi argentea; pinnæ radiis plerisque apice fissis; dorsales, pectorales & ventrales pellucidae; dorsales virides, basi vittis angustis, & radiis ipsis rubicundis, prior brevis 4, altera longa 9 pica; pectorales pallide virescentes, radiis marginalibus simplicibus brevioribus; ventralis alba; analis longa & virescente rubicunda, prope basin rubicunda; caudalis rotundato-ovata ex flavescente virescens, radiis rubicundis, marginalibus minutis simplicibus, vitta utrinque obliqua leviter curvata, lata, rubicunda.

Koelreuter. 24. G. pinna ventrali bipartita, dorsali prima undecimradiata. *Pall. spicil.* 1001. 8.

p. 8. t. 2. f. 1-3.

Br. 2. D. $\frac{11}{12}$. P. 13. V. 13. A. 11. C. $\frac{11}{2}$.

Koelreuter nov. comm. *Petrop.* 8. p. 421.

Piscis fere dodantralis, mollis, infirmus, obesus, ex griseo albidus; caput longiusculum crassum, fronte convexa, oculis in summo capite, iride ex fusco argentea, labia duplicata carnosae; dentes inæquales conici, anteriores majores, major supra utrinque unus; branchiarum apertura lunata; linea lateralis quasi impressa; anus circa medium longitudinis, posterius appositus pedunculo genitali; pinnæ molles; dorsalis prima radiis spinosis, magna, fusca, fascia terminali nigra; altera humilior, radiis ramosis, ex hyalino flavescens, fascia longitudinali ex fusco nigra; pectorales flabelliformes vel ovatae, insistentes brachio versus corpus latissimo; cauda ex ovato lanceolata; radiis ramosis.

Gronovii. 25. G. pinna ventrali bipartita, dorsali priori decemradiata, cauda bifurca.

Gron. 100ph. p. 82. n. 278.

Gobius corpore latissimo maculoso: pinnis ventralibus intrinsecus abdo-

mini ligatis maximis: cauda bifurcata. Br. 5. D. 10, 30. P. 24. V. 10. A. -- C. 1

Klein miss. pisc. 5. p. 34. n. 3.

Cesteus argenteus, griseis lineis intertextis, oculis ellipticis, pinnis albicantibus, pinna dorsali maxima.

Raj. pisc. p. 85. n. 9. Mugil americanus.

Marcgr. bras. l. 4. c. 6. p. 153. Harder.

Habitat in oceano americano zonæ torridæ, scombrum referens, argenteus, supra niger, ad latera nigro-maculatus, squamis minutissimis imbricatis tectus.

Caput inerme, squamis nudum; oculi maximi, laterales; os angustum; dentes in utraque mandibula & palato æquales satis magni; lingua rotundata, tenuis, edentula; branchiarum opercula inermia subrotunda; dorsum parum convexum; linea lateralis curva huic parallela; anus in medio corporis; pinnarum radii mutici.

Pifonis 26. G. pinna ventrali bipartita, maxilla inferiore longiore.

Gron. mus. 2. p. 16. n. 168.

zooph. p. 83. n. 279.

Eleotris capite plagioplateo, maxilla inferiore longiore, pinnis ventralibus discretis.

Pif. ind. l. 3. p. 72. Raj. pisc. p. 80. n. 1. Amore pixuma.

Habitat in America australi.

160. COTTUS. *Caput corpore latius, spinosum; oculi verticales, membrana nictitante instructi.*

Membrana branchiostega radiis sex.

Corpus teres, squamis nudum, versus caudam attenuatum.

Pinnæ dorsales una plures.

cataphrac-1. C. loricatus, rostro verrucis 2 bifidis, capite sub-

tus. tus cirroso. *Fn. succ. 324. Brünn. pisc. mass. p. 31. n. 43. Müll. prodr. zool. dan. p. 44. n. 369. O. Fabr. Fn. groenl. p. 155. n. 112.*

Mus. Ad. Fr. 1. p. 70. Cottus cirris plurimis, corpore octogono.

Art. gen. 49. syn. 77. spec. 87. Idem.

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p. 15. t. 38. f. 3. 4. Cottus corpore octogono.

Gron. mus. 1. p. 46. n. 105. ad. Helvet. 4. p. 262. n. 140. zool. p. 79. n. 271.

Klein miss. pisc. 4. p. 42. n. 1. Cottus cataphractus rostro refimo, quatuor officulis munito, &c.

Will. ichth. p. 212. t. N. 6.

f. 2. 3. Raj. pisc. p. 71.

Seb. mus. 3. p. 81. t. 28.

f. 6. Cottus cataphractus.

Penn. brit. zool. 3. p. 178.

n. 2. t. 11. Pogge.

Habitat in mari europæo, inter saxa arenæ littori propinqua, inter quæ Majo ova quoque sua ponit, insectis

Ton. I. Part. III.

liii

D. 5, 7. P. 16. V. 2. A. 7. C. 11.

D. 1 1/2. P. 15. V. 1/3. A. 6. C. 11.

D. 5, 7. P. 15. V. 3. A. 6. C. 10.

PISCES THORACICI. Cottus

aquaticis, potissimum ex cancri genere, viditans, edulis, vix ultra 6 pollices longus, fuscus, subtus albus, versus caudam sensim attenuatus.

Caput supra scuto osseo tuberculis & foveis inæquali teđum oculi laterales, rotundi, pupilla nigra, iride flava; os inferum, mediæ magnitudinis, lunatum; mandibulæ cum palato pluribus ordinibus dentium minorum & acutorum, & cirrorum seriebus curvatis sex armata, superior longior; lingua lata tenuis; branchiarum apertura ampla, operculum simplici lamina constans; truncus scutorum osseorum, supra in mucronem incurvum terminatorum, infra radiatorum ordinibus longitudinalibus 8 teđus; dorsum maculis 3-4 nigris varium; linea lateralis media recta; anus capiti propior; pinnæ dorsales cinereæ maculis nigris quadratis variæ, prioris radii spinarum instar prominentibus; peđorales subrotundæ canæ, nigro-maculata, magnæ; ventrales angustæ longæ; analis basi nigra; caudalis rotundata, radiis ramosis.

quadri- 2. C. verrucis capitis 4 osseis.
cornis.

Syst. nat. VI. p. 47. t. 4.

f. 3. Fn. suæ. 321. Mus.

Ad. Fr. I. p. 70. t. 32. f. 4.

Art. gen. 48. spec. 84. Cot-

tus scabēt, tuberculis 4

corniformibus in medio

capite.

D. 9, 14. P. 17. V. 4. A. 14. C. 12.

O. Fabr. Fn. Groenl. p. 157.

n. 114. Cottus scorpioides? D. 10, 15. P. 15. V. 3. A. 12. C. 15.

Habitat in mari baltico & groenlandico, in fluvios etiam adscendens, scorpio affinis, at minor, magis obscurus fusco-nebulosus, subtus sordide flavus, insectis vermicibusque marinis viditans, vorax, audax, incautus, inter fucos se occultans, & hic quoque ova sua pallida deponens, pinnas peđorales maximas perpetim motitans, edulis. Femina magis obscura, subtus ex fusco flava.

grun-
niens.

3. C. gula ramentis villosa,
corpore nudo. *Mus. Ad.*

*Fr. 2. p. 65.**

D. 2, 26. P. 18. V. $\frac{1}{3}$. A. 22. C. 12.

Gron. mus. I. p. 46. n. 106.

zooph. p. 79. n. 269. Cot-

tus alepidotus varius, ma-

xilla inferiore longiore

multum cincta.

D. $\frac{1}{2}$, 17. P. 23. V. 3. A. 19. C. 15.

Bloch. austr. Fisch. 2. p. 157.
t. 179. Cottus glaber,
maxilla inferiore multum
cirrata.

D.3,20.P.22.V.4.A.16.C.11.

Seb. mus. 3. p. 80. n. 4. t.
23. f. 4. Cottus alepidotus
varius, maxilla inferiore
longiore cirrata.

Klein. miss. pisc. 4. p. 46. n. 8.
Corystion capite crasso,
ore ranæ amplo edentulo,
scissura oris perpendiculari.

Marcgr. bras. p. 78. *Will.*
ichth. p. 289. t. S. II. f. I.
app. p. 3. t. 4. f. I. *Raj.*
pisc. p. 92. n. 7. & p. 150.
n. 7. Nigui.

3) *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 65. D.2,21.P.22.V. $\frac{1}{3}$.A.11.C.12.

*Habitat in India & australi America, punctis plurimis per-
vius, fuscus, ad laterâ ex albo fuscoque varius, dum
contrectatur, grunniens, carne sapida, hepate tanquam
viroso proscripto.*

Caput magnum; oculi minuti, pupilla nigra, iride rubra;
iris amplissimus; lingua lata, & cum palato, glabra;
mandibulæ, quarum inferior longior, & robusta labia
dentium acutorum, distantium, introrsam curvatorum
ordine, hæc duplici, illæ simplici armata; branchiarum
apertura amplissima, operculum simplici lamina 4 aculeis
armata constans; membrana libera; anus in medio corpo-
ris; pinnae fusco-maculatae, radiis plurimæ ramosis;
pectorales & ventrales rubicundæ, ceteræ cineræ; ven-
traliū dorsaliūque radii simplices; prioris anteriores
2 spinosi.

scaber. 4. C. capite striis corporisque
squamis ferratis, lineâ la-
terali elevata. *Mus. Ad.*

Fr. 2. p. 66. Br.7.D.9,11.P.2.V. $\frac{1}{3}$.A.11.C.12.

Bloch. austr. Fisch. 2. p. 159.
t. 180. Cottus linea late-
rali aculeata.

Br.6.D.8,12.P.18.V.6.A.12.C.16.

*Habitat in India, testaceis cancrisque vicinans, compressus,
argenteus, supra cærulescens, tæniis 6 rubicundis circum-*

circa cinctus, squamis minutis, duris, denticulatis; arte adhaerentibus vestitus.

Caput oblongum, aculeis 4 retrorsum versis hispidum, ad latera squamis exilibus asperis munitum; oculi ad verticem oblongi, pupilla nigra, iride argentea; mandibula inferior longior, utraque dentibus armata; lingua lata, tenuis; rictus oris & branchiarum apertura amplissima; linea lateralis aculeis retrorsum versis aspera; anus in medio corporis; pinnæ plurimæ radiis fissis; pectorales breves, latae, basi flavæ, radiis variegatis; ventrales longæ, cæruleæ, fasciis tribus flavis; dorsalis prima spadicea, radiis simplicibus spinosis; reliquæ pinnæ cæruleæ, radiis variegatis.

Scorpius. 5. C. capite spinis pluribus, maxilla superiore paulo longiore. *Fn. suæc.* 323.

It. scan. 325. Ulka.

D.9.16.P.16.V.3.A.12.C.12.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 70. Cottus alepidotus, capite polyacantho, maxilla superiore paulo longiore.

D.10.14.P.14.V.4.A.13.C.8.

Fn. suæc. 280. *Art. gen.* 59. *syn.* 77. *Spec.* 86. Cottus idem.

D.7.17.P.14.V.4.A.13.C.8.

Gron. mus. 1. p. 46. n. 104. *act. helvet.* 4. p. 262. n. 139. *zoo-ph.* p. 78. n. 268.

Cottus idem.

D.10.14.P.16.V.4.A.10.C.12.

Bloch Fisch. Deutsch. 2. p. 18. t. 39. Cottus maxilla superiore longiore, radiis pinnarum pectoralium indivisis.

D.10.16.P.17.V.3.A.12.C.18.

Klein miss. pisc. 4. p. 47. n.

II. t. 13. f. 2. 3. Corytion capite maximo & aculeis valde horrido, &c.

Jonst. pisc. t. 47. f. 4. 5. Scorpius marinus.

Aldr. pisc. p. 202. Scorpaena alia.

Will. ichth. p. 138: & app. p. 25. t. X. 15. *Raj. pisc.*

- p. 145. n. 12. & 142. n. 3.
 Scorpæna Bellonii simili-
 lis, & Scorpius virginius.
 AÆ. nidros. 2. p. 345. t. 13.
 14. Fisk-Sympen.
 Edw. glean. t. 284. Sea-
 Scorpion.
 Seb. mus. 3. p. 81. t. 28. f. 5.
 Brit. zool. 3. p. 179. n. 3.
 Father-lasher.

Habitat in oceani septentrionalis europæi & americani profundis, prædam quæsiturus superficiei propior, æstate ad littora accedens, Decembri & Januario ovula rubescencia inter fucos deponens, velocissime natans, audax, agilis, incautus, voracissimus, blennios, gados, clupeas, salmones persequens, ad 2 ulnas usque longus, versus caudam attenuatus, verrucis exilibus, spinosis (in femina minoribus) tectus, compressus, supra fusco-varius, lituris punctisque albis, subtus albo-varius; (femina subtus alba) Groenlandis absque noxa edulis.

Caput tuberculis spinosis polygonum, 2 mollibus ante oculos magnos oblongos, in vertice positos, pupilla nigra, iride ochroleuca, genæ compressæ; rictus amplissimus; mandibula utraque antrorsum, retrorsumque mobilis, prouti palatum, dentibus armata; lingua brevis, crassa, dura; branchiarum apertura ampla, operculum lamina 2 constans; linea lateralis recta, dorso propior; anus in medio abdominis; pinnae radiis simplicibus rubrae albo-maculatæ, (feminae albæ nigro-striatæ) ventrales longæ, caudalis rotundata, radiis fissis.

- Gobio. 6. C. lævis, capite spinis duabus. Müll. prodr. zool. dan. p. 44. n. 368. O. Fabric. fn. groenl. p. 159. n. 115.

Fn. suec. 322.

D.7,18.P.14.V.4.A.13.C.10.

Art. gen. 48. syn. 76. spec.

82. Cottus alepidotus glaber capite diacantho.

D.7,17.P.14.V.4.A.13.C.3.

Bloch. Fisch. Deutschl. 2. p.

12. n. 1. t. 38. f. 1. 2.

Cottus spinis curvatis duabus ad utrumque operculum.

Br.4.D.7,17.P.14.V.4.A.12.C.--

Rondel. pisc. 2. p. 202. Gesn. aquat. p. 400. Ic. anim. p. 291. Cottus.

Gron. zooph. p. 79. n. 270. Cottus alepidotus, capite plagioplateo lato obtuso, utrinque monacantho.

Gron. mus. 2. p. 14. n. 166. Uranoscopus officulis pinnae dorsalis primae brevissimis, capite utrinque monacantho.

Klein miss. pisc. fasc. p. 43. n. 17. Percis capite laevis & brevis, &c.

Salv. aquat. p. 216. Citus.

Bellon. aquat. p. 321. Gobius fluviatilis alter.

Jonst. pisc. p. 140. t. 29. f. 11. Gobius capitatus.

Aldrov. pisc. p. 613. Will. ichth. p. 137. t. H. 3. f. 3.

Raj. pisc. p. 76. n. A.

Mars. Danub. 4. p. 73.

t. 24. f. 2. Gobio fluviatilis capitatus.

Brit. zool. 3. p. 177. t. 11. Bull-head.

Meyer Thierb. 2. p. 4. t. 12. Rotzkolbe.

Habitat in Europæ & Sibiriae fluviiis & rivis fundo arenoso vel saxoso, in foveis infra saxa latitans, ad 7 pollices longus, muco tenaci lubricus, versus caudam attenuatus, verrucis rotundatis minutis obtectus, nigro-maculatus, fuscus, subtus albus, (mas cinereus, fuscomaculatus) velocissime natans, insectis aquaticis, & ovibus piscibusque vix exclusis vitans, voracissimus, Martio & Aprili ova pariens, a percis, farione, & Lucio agitur, carne sapida salubri, coctione rubescente.

Oculi in medio capitis, minuti, pupilla nigra, iride flava; mandibulae æquales & cum palato & faucibus dentium acutorum seriebus armatae una pluribus; lingua libera, laevis; branchiarum operculum laminae simplici constans, membrana lata; linea lateralis media; anus in medio;

D.7,18.P.14.V.4.A,12.C.13.

pinnae carulescentes nigro-maculatæ radiis simplicibus ;
(feminae ventrales ex flavo & fusco variae ;) ventrales
longae ; caudalis brevis rotundata , radiis ramosis.

japoni-
cus.

7. C. corpore octogono , squamis offeis aculeatis lorificato , cirris nullis. *Pall. spic.*

zool. 7. p. 30. t. 5. f. 1-3. D. 6, 7. P. 12. V. 2. A. 8. C. 12.

Habitat in mari insulas Kuriles & Japoniam alluente , pedalis , cataphracti habitus , ex albo subflavus , in dorso fuscescens , subtus scaberrimus.

Caput longum , postice depressum , latum , antrorsum angustatum in rostrum obtusum , scuto subbiangulato supra mandibulas mobiles prominens ; os parvum ; ante nares spinula recurva ; oculorum pupilla ampla nigra , irides argenteo-inauratæ ; branchiarum operculum lunatum , membrana scabra ; anus capiti propior ; pinnae rivulis fuscis fasciatæ , radiis scaberrimis , simplicibus ; caudalis magnæque pectorales rotundatæ.

- insidiator. 8. C. capite supra lineis acutis , ad latus spinis duabus scabro.

Br. 8. D. $\frac{1}{11}, \frac{7}{13}, \frac{10}{13}$. P. 19. V. $\frac{1}{8}$. A. 14. C. 15.

Forsk. Fn. arab. p. 25. n. 8.

Habitat in Arabia , gobioni affinis , sesquicubitalis , in arenosis arenam ingrediendo piscibus insidias struens , depressus , versus caudam attenuatus , supra griseus punctis maculisque fuscis varius , subtus albus.

Cauda alba , macula media flava bifida , duabusque inæqualibus atris linearibus obliquis.

- massilien-
fis. 9. C. capite polyacantho , pinnis dorsalis coadunatis.

D. $\frac{12}{2}$. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{3}$. C. 12.

Habitat in mari mediterraneo , scorpio affinis , at sinus inter utrumque oculum ; pinnae dorsales coadunatæ radiis spinosis.

- monopty-
rygius. 10. C. dorsi pinna unica , capite inermi. *Bloch austr.*

Fisch. II. p. 156. t. 178.

f. 1. 2.

D. 5. P. 4. V. 2. A. 5. C. 6.

Habitat ad Tranquebar , cancrorum vermiumque aquaticorum prole vicitans , supra fuscus , ad latera cinereus punctis fasciisque fuscis , subtus maculis albis varius , angustus , longus , octogonus , posterius hexagonus.

PISCES THORACICI. Scorpæna.

Oculi prægrandes, oblongi, ad verticem, pupilla nigra, iride argentea; mandibula superior longior, spinis 2 retrorsum curvatis horrida; branchiarum apertura amplissima, operculum lamina simplici constans; truncus antèrius latus, supra ad caudam usque excavatus, scutis octogonis loricatus; anus capiti propior; pinnæ cinereæ, plurimæ radiis fissis; pectorales longæ latæque & caudalis rotundata fusco-maculatæ; ventrales angustæ, radiis simplicibus; dorsalis & analis breves.

161. SCORPÆNA. Caput magnum, aculeatum, cirrosum, obtusum, squamis nudum, subcompressum: Oculi vicini. Dentes maxillis, palato faucibusque.

Membrana branchiostega radiis septem.

Corpus torosum.

Pinna dorsalis unica, longa, radiis anterioribus spinosis.

Porcus. f. Sc. cirris ad oculos naresque.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 68.

Zeus cirris supra oculos & nares.

Art. gen. 47. syn. 75. Scorpæna pinnulis ad oculos & nares.

Hasselq. it. 330. Idem.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 5. t. 181. Scorpæna squamis parvis, maxilla inferiore imberbi.

Brünn. pisc. mass. p. 32. v.

44. Scorpæna corpore varie nebuloso punctatoque, cirris ad oculos naresque.

Klein miss. pisc. 4. p. 47. n. 13. Corystion fordide flavescens, &c.

D. $\frac{12}{22}$. P. 18. V. 7. A. $\frac{1}{8}$. C. 15.

D. $\frac{12}{21}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 12.

D. $\frac{12}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{8}$. C. --

D. $\frac{12}{21}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{8}$. C. 13.

I. p. 123. t. 32. *Acarauna.*

Renard poiss. I. p. 17. n. 63.

t. 9. f. 63. & p. 22. n. 82.

t. 14. f. 28. Philosophe,
& Caantje of Verkenskop.
Valent. Ind. 3. p. 501. n. 490.
f. 490. Ikan Batoe Boano.

Habitat in mari rubro, indico, brasiliano, ad 2 pedes longus, carnosus, squamis minutis tectus, supra nigricans, ad latera fuscus, subtus albus, testaceis cancrisque junioribus viditans, carne sapida.

Oculi magni, iride argentea; dentes in mandibula utraque 10-16, denticulati, subtus cylindrici angusti, supra latiores, durissimi, subpellucidi, in unam seriem dispositi, anteriores longiores; lingua brevis, crassa; branchiarum operculum longum & angustum; linea lateralis ab eo incipiens dorso vicina & parallela; pinnæ radiis plurimæ ramosis; pectorales & caudalis cinereæ; ventrales nigræ; dorsalis & analis basi albæ, ceterum fuscescentes, radiis bifurcis.

leucurus. 11. Ch. cauda integra, spinis dorsalibus 9: prima recumbente, corpore nigro, cauda alba. D. $\frac{9}{3\frac{1}{2}}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{22}$. C. 20.

Habitat in America, parvus, niger.

Ante pinnam dorsalem spina recumbens: Pinnæ ventrales acuminatæ.

lineatus. 12. Ch. cauda bifida, spinis dorsalibus 9, spina laterali utrinque caudæ.

Art. spec. 89. *Chætodon* lineis longitudinalibus variis, cauda bifurca utrinque aculeata.

D. $\frac{9}{3\frac{1}{2}}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{25}$. C. 16.

Seb. mus. t. 25. f. 1.

Habitat in America australi & India.

trioftegus. 13. Ch. cauda subbifida, spinis dorsalibus novem, membrana branchioftega triradiata. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 70. *

D. $\frac{9}{3\frac{1}{2}}$. P. 18. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{22}$. C. 16.

Broussonet icht. dec. 1. n. 4.

t. 4. *Chætodon* corpore cingulato; pinnæ dorsalis spinis 9, caudæ utrin-

que I, dentibus apice fer-
ratis.

D. $\frac{9}{32}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{23}$. C. —
3-3
22

Seb. mus. 3. p. 65. t. 25. f. 4.

Chætodon albescens, li-
neis 5 transversis nigri-
cantibus, & aculeo late-
rali utrinque.

D. $\frac{9}{30}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{1}{22}$. C. 16.

Habitat in oceano indico & pacifico, compressus, obovatus,
squamis parvis imbricatis vestitus, dilute cinereo vi-
rescens; cingulis 6 ex fusco nigricantibus.

Caput superne subparabolicum; oculi iride ex argenteo fus-
ca; mandibula parum diductiles, serie dentium compres-
sorum 16 circiter armata; lingua brevis, frenata &
palatum glabra; faux supra officulis 3 inæqualibus den-
ticulatis aspera; branchiarum apertura mediocris, oper-
culum lamina duplici constans; pinnæ sordide virescentes
immaculatæ, ventrales albidæ.

macrole-14. Ch. cauda integra, spinis
pidotus. dorsalis 11, radio dor-
sali quarto filiformi lon-
gissimo.

Art. spec. 94. Chætodon li-
neis utrinque duabus ni-
gris, radio quarto dorsali
longissimo setiformi.

D. $\frac{11}{37}$. P. $\frac{2}{18}$. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{23}$. C. 17.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 69.
n. 10. t. 200. f. 1. Chæ-
todon bifasciatus, cauda
truncata, radio dorsali
quarto longissimo.

D. $\frac{11}{34}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{24}$. C. 18.

Gron. mus. 2. p. 27. n. 194.

Chætodon officulis pinnæ
dorsalis tribus anteriori-
bus acutis, quarto seti-
formi, septem subsequen-
tibus iterum aculeatis.

D. $\frac{1}{3}$. P. 19. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{2}{27}$. C. 16.

Gron. zool. p. 69. n. 234.

Seb. mus. 3. p. 66. n. 8. t. 25.

f. 8.

Klein miss. pisc. 4. p. 37. n.

12. t. 11. f. 2.

Valent. Ind. 3. p. 448. n.

324. f. 324.

Ruyfch pisc. amboin. t. I.

f. I.

Renard poiff. I. p. 5. n. 13.

t. 3. f. 13. 2. t. I. f. I. &

t. 9. f. 44. & t. 16. f. 75.

Habitat in India, ad 25 libras pondere æquans, argenteus, fasciis duabus fuscis, squamis caudam versus majoribus tectus, carne sapida.

Caput macula fusca supra oculos, altera ante oculos insignitum; oculi rotundi, iride cærulefcente; mandibulæ æquales; branchiarum apertura ampla, operculum simplicis lamina constans, membranam tegens; linea lateralis arcuata; anus fere in medio corporis; pinnae radiis plurimis ramosis, caudalis truncata.

Argus. 15. *Ch.* spinis dorsalibus II, corpore punctis nigris plurimis, cauda integra. *M.*

Thr. Bränniche.

D. $\frac{11}{28}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{4}{18}$. C. 12.

Bloch ausl. Fisch. 3. p. 86.

n. 17. t. 204. f. I. *Chætodon* corpore lato maculatoque, spinis analibus

quatuor,

Br. 4. D. $\frac{11}{28}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{4}{18}$. C. 14.

Klein miss. pisc. 3. p. 36. n.

4. Rhomboides ventre subcæruleo, &c.

Will. ichth. app. p. 2. t. 2.

f. 2. *Nieuh. ind.* 2. p. 269.

f. 6. *Ruyfch pisc. amb.*

p. 33. n. 6. t. 17. f. 6.

Strontvisch.

Renard poiff. 2. t. 50. f. 211.

Ican Taci.

Valent. Ind. 3. p. 403. f. 180.

Cacatoeha Babintang.

Habitat in Indiæ aquis dulcibus & uliginosis, fere quadratus, ad latera maculis fuscis variis, supra violaceus, subtus albus, insectis victitans, carne sapida.

Oculorum iris aurea; mandibulæ æquales branchiarum apertura ampla, operculum magnum, membrana liberæ; linea lateralis arcuata; anus in medio fere corporis; pinnae breves flavæ; ante analem aculei quatuor.

striatus. 16. Ch. cauda integra, spinis pinnæ dorsalis 12, corpore striato, rostro prominente.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 62. t. 33.

f. 7. Chætodon flavescens fasciis 5 fuscis.

D. $\frac{10}{33}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 18.

Amœn. ac. 1. p. 313. Labrus rostro reflexo, fasciis lateralibus 3 fuscis.

D. $\frac{12}{32}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

Art. spec. 95. Chætodon macrolepidotus, lineis utrinque tribus nigris latis, linea quarta in cauda.

D. $\frac{11}{32}$. P. 19. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 90. n. 19. t. 205. f. 1. Chætodon corpore fasciato, cauda rotundata, aculeis dorsalibus tredecim.

D. $\frac{11}{32}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 18.

Gron. nius. f. p. 49. n. 110. Chætodon rostro longo osseo macrolepidotus albo-flavescens, lineis transversis 4 bruneis.

D. $\frac{11}{32}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. —

Gron. zooph. p. 70. n. 235. Chætodon fasciis latis transversalibus fuscis, maxillis productis brevibus, pinnis dorsi anique postice rotundatis, cauda rotundata.

Seb. mus. 3. p. 66. n. 9. t. 25. f. 9. Chætodon macrolepidotus, &c.

Klein miss. pisc. 4. p. 37. n. 10. t. 10. f. 4. Rhomboides edentulus, &c.

Valent. ind. 3. p. 397. f. 163. Ikan Batoe Melia, Heeflykke Klipvifch.

Habitat in India, flavus, fasciis fuscis, squamis magnis margine dilutioribus, carne sapida.

Oculi magni, iride flava; branchiarum operculum duabus lamina constans, membranam occultans; linea lateralis

dorso parallela ; annis capiti propior quam caudæ ; pinnae flavæ margine obscure fusca , ventrales totæ fusca ; cauda rotundata.

arcuans. 17. Ch. cauda bifida, spinis pinnae dorsalis 12, corpore fasciis fuscis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 63. t. 33.

f. 8. Chætodon cauda bifurca, fasciis 3 fuscis.

D. $\frac{12}{22}$.*P.*18.*V.* $\frac{1}{2}$.*A.* $\frac{2}{13}$.*C.*16.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 62.

n. 7. t. 198. f. 2. Chætodon fasciis tribus nigris.

D. $\frac{12}{24}$.*P.*17.*V.* $\frac{1}{3}$.*A.* $\frac{2}{13}$.*C.*16.

Seb. mus. 3. p. 70. n. 23. t.

26. f. 23. Chætodon albescens macrolepidotus, &c.

Klein miss. pisc. 4. p. 37. t.

30. n. 13. t. 11. f. 3.

Rhombotides parvus, &c.

Valent. ind. 3. p. 501. n.

489. f. 491. Bonte Duifje.

Renard poiss. 1. t. 30. f. 165.

Bourgonjese.

Habitat in mari indico & arabico inter corallia, vermibus marinis victitans, edulis, squamis minutis tectus, argenteus, fasciis nigris, prima capitis, altera pectoris, tertia a pinna dorsali ad analem transeunte, dorso cinereo.

Caput magnum, fronte & oculorum iride albis; ritus angustus; mandibulae aequales, dentibus minutis cuneatis armatae; branchiarum apertura ampla, operculum simplicis lamina constans, medio mucronatum, membranam occultans; pinnae ventrales longae analisque nigrae; caudalis rotundata & dorsalis cinerea. Dentium & operculorum figura percis affinis.

capistra. 18. Ch. cauda integra, spinis pinnae dorsalis 12, corpore striato, oculo subcaudali.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 63. t. 33.

f. 4. Chætodon pallidus,

fascia capitis ocelloque

subcaudali fuscis.

D. $\frac{12}{22}$.*P.*14.*V.* $\frac{1}{2}$.*A.* $\frac{2}{21}$.*C.*18.

Amœn. acad. 1. p. 314. Labrus rostro reflexo, ocello purpureo iride alba juxta caudam.

D. $\frac{11}{31}$.P.14.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{17}$.C.--

Bloch auß. Fisch. 3. p. 92. n. 20. t. 205. f. 2. Chætodon ocello ad caudam, spinis dorsalibus 13.

Br.5.D. $\frac{11}{33}$.P.14.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{17}$.C.16.

Gron. mus. 2. p. 37. n. 195. Chætodon macrolepidotus, linea nigra ad oculos, macula rotunda ad pinnam dorsalem.

D. $\frac{13}{30}$.P.--V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{18}$.C.--

Gron. zooph. p. 70. n. 207. Chætodon rostro obtusiusculo, pinnis ani dorsique postice rotundatis curtis, cauda truncata, macula ocellata in lateribus.

Brown. jam. p. 454. n. 2. Chætodon subgriseus, lineis nigris obliquis variis, ad caudam macula majori notata.

Seb. mus. 3. p. 68. n. 16. t. 25. f. 16. Chætodon macrolepidotus albescens, &c.

Klein miss. pisc. 4. p. 37. 38. n. 2. t. 11. f. 15. 18. Trigonopterus lævis, &c.

Habitat in mari Jamaicam alluente, vix ultra 3 pollices longus, piscium rapacium præda, squamis sat magnis vestitus, albus, lineis fuscis supra a dorso versus caput, ceterum a ventre versus caput tendentibus, in medio confluentibus pictus.

Caput satis magnum; oculi grandes; fascia ocularis nigra, margine alba; branchiarum apertura amplissima; operculum thalassinum, duplici lamina constans, membranam occultans; pinnae flavicantes, radius ramosus; dorsalis & analis, ad quarum finem limbus fuscus, spinis thalassinis; ad caudalem fascia & macula nigra, hæc circulo albo cinæa.

vagabun-19. Ch. cauda integra, spinis dus. pinnae dorsalis 13, cor-

pore striato, rostro cylindrico. *Mus. Ad. Frid.* 2.

p. 71.*

Bloch austr. Fisch. 3. p. 88.

n. 18. t. 204. f. 2. Chætodon ore cylindrico, fascia oculari, spinis dorsalibus tredecim.

Seb. mus. 3. t. 5. f. 18. Chætodon macrolepidotus albescens, linea nigra ad oculos.

Klein miss. pisc. 4. p. 36. n. 5. t. 9. f. 2. Rhombotides pinna dorsali 17 aculeis pertusa, &c.

Valent. ind. 3. p. 357. n. 34. f. 34. & p. 359. n. 43. f. 43. & p. 395. n. 157. f. 157. Ican Sagadji, Ican Poetri, & Japansche Prins.

Renard poiss. 1. p. 16. n. 58. t. 8. f. 58. & p. 32. n. 116. t. 21. f. 116. & p. 34. n. 126. t. 23. f. 126. Douwing Prins, Douwing Royal, & Douwing Herogin.

Ruyssch pisc. amb. p. 28. t. 14. f. 17. Princesse.

Habitat in Indiæ aquis, squamis in trunco magnis, in capite exilibus tectus, flavus, lineis fuscis, fusciaque supra oculos nigra, altera ad finem trunci, tertia per caudæ medium insignita, carne sapida.

Oculorum iris fusca; branchiarum operculum duabus laminis constans, membrana libera; anus caudæ propior; pinnae flavæ, radiis ramosis, dorsalis, analis & caudalis margine nigrae.

ciliaris. 20. Ch. cauda integra, squamis pinnae dorsalis 14, operculis spinosis, squamis ciliaris.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 62. t. 33.

D. $\frac{11}{40}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. 24. C. 18.

D. $\frac{11}{23}$. P. 18. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 14.

D. $\frac{11}{31}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{23}$. C. --

f. 1. *Chætodon griseus*
fasciis 4 fuscis.

D. $\frac{14}{34}$. P. 20. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{23}$. C. 18.

Bloch austr. Fisch. 3. p. III.

n. 33. t. 214. *Chætodon*
operculo aculeato, squa-
mis ciliatis.

Br. 6. D. $\frac{14}{33}$. P. 20. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{22}$. C. 16.

Osb. it. 273. *Sparus saxati-*
lis.

D. $\frac{17}{39}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{23}$. C. 20.

Gron. mus. 2. p. 36. n. 192.

Chætodon microlepidot-
tus, cauda subrotunda,
aculeis utrinque 2 in oper-
culis, postico longissimo.

D. $\frac{14}{33}$. P. 26. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{22}$. C. 17.

Klein nuss. pisc. 4. p. 41. n. 4.

Platiglossus, qui Acarauna
altera major Listeri.

Will. ichth. app. p. 23. t. O.

3. f. 1. *Raj. pisc.* p. 103.

n. II. Acarauna altera
major.

Edw. glean. t. 283. f. 4.

Habitat in India, squamis in trunco quidem sat magnis
vestitus, cinereus, subtus albus, percis affinis.

Oculorum iris ex albo rubescens; os perexiguum; labia ru-
busta; mandibulæ æquales; branchiarum apertura am-
pla, operculum spinis tribus, posteriore longissima, arma-
tum, partem membranae tegens; lineâ lateralis dorso pro-
pinqua parallela; anus in medio corporis; pinnæ margine
fusca, radiis ramosis; ante dorsalem annulus niger.

Saxatilis. 21. Ch. cauda bifida, spinis pin-
nae dorsalis 14, pinnis ven-
tralibus acuminatis, den-
tibus emarginatis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 64. *Chæ-*
todon fasciis 5 albis, cau-
da bifurca.

D. $\frac{14}{26}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 15.

Amœn. acad. 1. p. 312. Spa-
rus fasciis 5 transversis
fuscis.

D. $\frac{11}{21}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{24}$. C. 15.

Bloch austr. Fisch. 3. p. 96.

n. 23. t. 206. f. 2. *Chæ-*
todon corpore oblongo
fasciatoque, spinis 13 in
pinna ani.

D. $\frac{11}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 19.

Gron. mus. 1. n. 89. zooph.
n. 222. Sparus latissimus,
cauda lunulata, fasciis 5
transversis subfuscis.

Marcgr. bras. p. 156. *Pif.*
ind. p. 68. *Jonst. pifc.* p.
194. t. 33. f. 4. *Ruysch.*
theatr. anim. 1. p. 182.
t. 33. f. 4. *Raj. pifc.* p.
130. n. 7. Jacuacaguara.

Valent. ind. 3. p. 370. n. 75.
f. 75. & p. 501. n. 492.
f. 492. & p. 502. n. 493.
f. 493. Ikan Siam & groe-
ne Lootsmann.

Renard poiff. 1. t. 33. f. 176.
177. Lootsmannetje.

*Habitat in maris Brasiliam, Indiã, Arabiam alluentis
profundis inter corallia, ad 8 pollices longus, squamis
prægrandibus tectus, albus, fasciis 6 nigris pictus, ver-
nibus marinis victitans, parum edulis, sparis percisque
affinis.*

*Oculi magni, iride flava; branchiarum apertura amplissi-
ma, membrana libera; linea lateralis ad pinnam dorsa-
lem interrupta; pinæ parvæ nigræ, caudalis bifurca.*

rotundus. 22. Ch. spinis pinne dorsalis
23, fasciis 5 pallidis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 64. Chæ-
todon rotundatus cine-
reus, fasciis 5.

Habitat in America australi & India.

$D. \frac{23}{26}$. P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. --

lanceola-23. Ch. cauda integra, corpo-
tus. re fasciis tribus: oculari,
pectoralis longitudinali-
que.

Edw. av. t. 210. Guaperva.

Habitat in India, oblongus, lanceolatus.

*Fasciæ nigræ, margine griseæ, prima transversa per ocu-
los, altera transversa per thoracem, tertia a pinna dor-
sali anteriori ad caudam.*

aureus. 26. Ch. aureus, aculeo ad os
malæ. *Bloch ausl. Fisch.* 3.
p. 49. n. 1. t. 193. f. 1.

$D. \frac{12}{24}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{1}{14}$. C. 15.

Habitat

Habitat in insularum Antillarum aquis, ovalis, squamis duris denticulatis tectus. Plumier.

Oculi iride rubescente; os exiguum; labia robusta; dentes setacei; branchiarum apertura ampla, operculum simplici lamina constans, membranam occultans; linea lateralis leviter arcuata; pinnae flavæ, utroque fine virides, radiis ramosis, peçtorales & caudalis rotundatæ, reliquæ falcatæ, peçtorales & ventrales squamis nudæ.

Impera- 27. Ch. longitudinaliter striatus, aculeis dorsifalibus 14.
tor.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 51. n. 2. t. 194.

D. $\frac{1}{2}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 16.

Ind. mus. Schwenck. p. 32. n. 82. Chætonon eximie magnitudinis & raritatis, striis parallelis, &c.

Ruyfch theatr. anim. 1. p. 37. n. 1. t. 19. f. 1. Renard poiss. 2. t. 56. f. 238. der Kaiser von Japan.

Habitat in Japoniæ aquis, flavus, radiis longitudinalibus cæruleis, squamis tectus, pone pinnas ventrales & peçtorales magnis, grandis, deliciosus.

Caput magnum; oculorum iris aurantia, arcu cæruleo cinæa; os exiguum; labia robusta; mandibulæ æquales; dentes longi, setacei; branchiarum operculum lamina duplici constans stria cærulea notata; linea lateralis, a nucha incipiens, dorso propinqua, ad finem pinnae dorsalis deorsum flexa; pinnae radiis ramosis, dorsalis & analis crassæ, rigidæ, rotundatæ.

Dux. 28. Ch. corpore fasciato, aculeis abdominalibus 7.
Bloch aust. Fisch. 3. p. 53. n. 3. t. 195.

D. $\frac{1}{2}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 14.

Valent. ind. 3. p. 504. n. 507. f. 507. Ikan senga-dji molukko, of de moluksche Hertog.

Renard poiss. 1. p. 22. t. 14. f. 81. & 2. t. 16. f. 77. & t. 38. f. 169. Duchesse, & Douwing bâtarde d'Haroke, & Chiersevifch.

M-m m m

PISCES THORACICI. *Chætodon*.

Habitat in India, squamis exilibus vestitus, albus, striis cæruleis fusco marginatis pictus.

Oculi iride alba, cærulea & fusca; os angustum; labia robusta; mandibulæ æquales; branchiarum apertura ampla, operculum lamina tenui constans; linea lateralis ab oculo incipiens, dorso propinqua & parallela, ad finem pinnae dorsalis flexa; pinnae pectorales breves, pellucidæ, rotundatæ.

guttatus. 29. Ch. guttatus, aculeis 2 ventralibus. *Bloch aust.*

Fisch. 3. p. 55. n. 4. t. 196. D. $\frac{11}{2}$. P. 15. V. $\frac{2}{3}$. A. $\frac{7}{8}$. C. 16.

Habitat in Japoniæ aquis, longus, angustus, squamis minutis obtectus, supra cinereus, subtus albus, guttis spadiceis varius.

Oculi magni, rotundi, iride obscure flava; os majus, quam congeneribus; mandibulæ æquales; dentes acuti; labia robusta, superius duobus ossibus constans, protrusile & retractile; branchiarum apertura ampla, operculum ex tabula tenui longa conflatum, membranam abscondens; linea lateralis ab operculo orta, leviter arcuata, dorso propinqua ad finem pinnae dorsalis interrupta; pinnae squamis nudæ, radiis ramosis; pectorales ex fusco flavæ; ventrales, dorsalis & analis cinereæ; caudalis flava cinereo-punctata.

Paru. 30. Ch. aculeis 10 dorsalibus, analibus 5. *Bloch aust.*

Fisch. 3. p. 57. n. 5. t. 197. D. 10. P. 14. V. 6. A. 5. C. 15.

Art. syn. p. 71. n. 1. gen. p. 51. n. 1. Chætodon niger, maculis flavis lunulatis varius.

Gronov. zooph. p. 68. n. 231.

Chætodon operculis aculeatis, officulis pinnae dorsi anique intermediis inermibus cauda rotundata longioribus.

Klein miss. pisc. 4. p. 36. n. 3.

Rhomboides in nigricante corpore squamis flavis quasi lunulatis.

Brown jam. p. 454. n. 3.

Chaetodon minute variegatus, imis squamarum luteis semilunatis.

Marcgr. bras. p. 144. Pis.

ind. p. 55. Jonst. pisc.

p. 177. t. 32. f. 2. Ruysch

theatr. anim. p. 123. t. 32.

f. 2. Will. ichth. p. 217.

t. O. 1. f. 2. Raj. pisc.

p. 102. n. 7. Paru.

Habitat in America australi, vicinisquæ insulis, ad 16 pollices longus, squamis, in trunco magnis, flavo-marginatis tectus, niger, ad latera cinerascens, animalibus aquaticis minoribus victitans, edulis.

Oculi parvi, iride aurea; os amplius, quam congeneribus; mandibulâ inferior longior; labium superius ossibus 2 longis, angustis, tenuibus constans; branchiarum apertura angustior, operculum duabus laminis constans, deorsum in aculeum desinens, membranâ tegens; anus in medio corporis; pinnæ pectorales & caudalis breves rotundatæ, reliquæ longæ falcatæ; ante pectorales macula lutea.

Pavo. 31. Ch. oblongus, aculeis 14

dorsalibus. *Bloch aust.*

Fische 3; p. 60. n. 6. t. 198.

f. 1.

Br. 4. D. $\frac{14}{2}$. P. 15. V. $\frac{3}{2}$. A. $\frac{7}{7}$. C. 16.

Habitat in India, multis coloribus eleganter ludens.

Caput magnum pectusque ex fusco flavum, maculis & propoculos lineis cæruleis varium; oculorum iris ex albo virescens; os exiguum; labia robusta; branchiarum apertura ampla, operculum simplici laminâ constans, membrana libera; linea lateralis ab operculo incipiens, dorso parallela, ad finem pinnæ dorsalis interrupta; anus in medio corporis; pinnæ radiis ramosis; pectorales breves, pellucidæ, ventralibus interfecta tertia.

Vesperti-32. Ch. pinna dorsali analique

lio,

latis, fascia caudali nigra.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 67.

n. 9. t. 199. f. 2.

Br. 5. D. $\frac{1}{4}$. P. 18. V. 6. A. $\frac{3}{3}$. C. 17.

Will. orn. app. p. 24. t. 9. 5.

Seabat?

Habitat in India, tenuissimus; squamis minimis tectus; albidus, supra cinereus.

M m m m 2

Caput squamis nudum; oculorum iris ex argenteo flavicans; os exiguum; labia robusta; branchiarum apertura amplissima; operculum duabus laminis quasi argentatis constans, membranæ partem tegens; linea lateralis a branchiis incipiens arcuata; pinnæ radiis ramosis, cinerea; dorsalis & analis parte squamata flavicante.

unimacu- 33. *Ch. macula nigra ad latera,*
latus. aculeis dorsalibus 13.

Bloch austr. Fisch. 3. p. 75.

n. 12. t. 201. f. 1. Br. 4. D. $\frac{12}{3}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{3}$. C. 16.

Habitat in India, albus, lineis transversis fuscis pictus, dorso cinereo, squamis magnis vestitus.

Oculi iride alba, extus fusca; supra hos fascia nigra; mandibulæ æquales; branchiarum operculum 2 laminis constans; linea lateralis a nucha incipiens, dorso propinqua & parallela; pinnæ flavescens, radiis ramosis; analis dorsalisque brevis rotundata margine; cauda basi fusca.

bicolor. 34. *Ch. bicolor. Bloch austr.*

Fisch. 3. p. 94. n. 21.

t. 206. f. 1.

D. $\frac{15}{3}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 16.

Mus. Schwenck. p. 27. n. 88.

Chætodon bicoloratus.

Seeligm. Voeg. 7. t. 73. f. 4.

Acarauna maculata.

Valent. ind. 3. p. 361. n. 48.

f. 48. Ikan Koelar.

Renard poiss. 1. p. 10. t. 5.

f. 35. p. 19. n. 106. t. 19.

f. 106. p. 33. n. 121. t. 22.

f. 121. Ekorkouning, Color

Sousounam, & paral-

lelogram.

Habitat in America australi & India, percis affinis, oblongus, capite crasso, cauda & parte trunci albis, altera parte fusca.

Oculi magni, iride argentea; dentes setacei; branchiarum operculum magnum, aculeatum, ferratum, lamina simplici constans; pinnæ rigida, radiis ramosis; dorsalis & analis totæ squamis tectæ; ventrales exiles; pectorales pellucidæ.

- margina- 35. Ch. pinnis marginatis acu-
tus. minatifque. Bloch *aust.*
Fisch. 3. p. 98. n. 23. t. 207. D. $\frac{11}{27}$. P. 12. V. 8. A. 16. C. 20.
Habitat in littoribus scruposis insularum Antillarum, prope
ostia fluviorum, flavus, capite subtusque albidus, fasciis
8 dilute fuscis pictus, piscibus minoribus victitans,
sapidus, squamis magnis vestitus.
- Oculi oblongi, iride argentea; membrana branchiostega
libera; anus caudæ propior, quam in congeneribus;
pinnæ squamis nudæ, radiis ramosis, posterius cine-
rea, anterieus flavæ; caudalis bifurca tota flava.
- chirurgus. 36. Ch. aculeo caudali 1, dor-
salibus 14. Bloch *aust.*
Fisch. 3. p. 99. n. 24.
t. 208. D. $\frac{14}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{25}$. C. 16.
Habitat in mari insulas Antillas circumfluente, sapidus,
flavus, fasciis quinque angustis, violaceis, subtus ca-
rulefcens.
- Caput magnum, violaceum, ad os & genas macula nigra
insignitum; oculi rotundi, iride alba & fusca; mandi-
bula superior longior; labium superius ex ossibus 2 latis
& tenuibus constans; anus ori propior, quam caudæ;
pinnæ squamis nudæ; pectorales, ventrales & analis
violaceæ, hæc fasciis flavis; dorsalis ex flavo & violaceo
varia, caudalis basi flava, versus marginem violacea.
- rhomboides. 37. Ch. aculeis analibus 2,
dorsalibus 5. Bloch *aust.*
Fisch. 3. p. 100. n. 25.
t. 209. Br. 4. D. $\frac{1}{22}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{24}$. C. 26.
Habitat in oceano americano, rhomboideus, squamis me-
diocribus tectus, viridis, subtus flavus, trium fascia-
rum ventris interstitiis albis. Plumier.
- * Caput argenteum, anterieus truncatum; oculi magni,
rotundi, iride alba & rubra; rictus amplior, dentesque
minores, quam congeneribus; labium superius ex ossibus
2 longis tenuibus constatum; branchiarum apertura
ampla, operculum laminiis 2 semilunatis constans,
membrana libera; linea lateralis parumper curvata;
anus in medio corporis; pinna dorsalis viridis; pecto-
rales & ventrales basi flavæ versus marginem violaceæ;
analis & caudalis margine virides.

M m m m 3

glaucus. 38. Ch. linea laterali recta, aculeis dorsalibus 5. *Bloch aust. Fisch.* 3. p. 112. n. 26. t. 210.

D. $\frac{1}{20}$, P. 12. V. $\frac{1}{2}$ A. 17. C. 20.

Valent. irid. 3. p. 386. n. 118. f. 118. Ikan Batoe Iang Haboe?

Renard poiss. 1. p. 41. t. 27. f. 151. Pasque Pampus?

Gautier journ. de phys. 1756. Dec. p. 468. *Glaucus des anciens*.

Habitat in mari americano, cubitum longus, oblongus, squamis mediæ magnitudinis vestitus, supra cæruleus, subtus argenteus, striis 6 fuscis angustis brevibusque pictus, carne lapida. Plumier.

Oculi minuti, iride flava; rictus amplior, quam congenerebus; labia robusta ex pluribus ossibus composita; branchiarum apertura angustior, membrana libera; pinnæ radiis ramosis; ventrales minix in angustum longum mucronem desinentes, & pectorales albidæ, reliquæ nigricantes, analis absque aculeis.

Plumieri. 39. Ch. dorso bipinnato, capite alepidoto. *Bloch aust. Fisch.* 3. p. 104. n. 27. t. 211. f. 1.

Br. 4. D. 5, 35. P. 14. V. $\frac{1}{2}$ A. $\frac{2}{3}$ C. 12.

Habitat in oceani americani littore saxoso, oblongus, squamis minutis vestitus, supra fuscescens, ad latera cinereus, subtus albus, fasciis 6 virescentibus, edulis.

Caput supra fuscum, ad latera album; oculi iride ex albo virescente; labia robusta; branchiarum operculum duabus laminis constans; linea lateralis arcuata; pinnæ squamis nudæ virescentes, margine virides, radiis ramosis, pinnæ dorsalis primæ omnibus spinosis flavicantibus.

ocellatus. 40. Ch. fascia oculari, aculeis duodecim ocelloque in pinna dorsali. *Bloch aust. Fisch.* 3. p. 105. n. 29. t. 211. f. 2.

Br. 5. D. $\frac{1}{34}$ P. 16. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{1}{22}$ C. 18.

Sch. mus. 3. p. 67. n. 11. t. 25. f. 11. *Chætodon macrolepidotus albescens*, linea

nigra ad oculos & macula
rotunda in pinna dorsis,

*Habitat in India, squamis tectus, in trunco magnis,
flavus, subtus albus.*

Mandibulæ æquales, prominulæ; labia robusta; bran-
chiarum operculum lamina brevi aurea constans, mem-
brana libera; linea lateralis recta, ad ocellum pinnae
dorsalis interrupta; pinnæ cinereæ, radiis ramosis.

Curacao. 41. Ch. spinis dorsalibus 13,

analibus 2. *Bloch aust.*

Fisch. 3. p. 106. n. 29. t.

212. f. 1.

D. $\frac{11}{2}$. P. 12. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{4}$. C. 16.

*Habitat in oceano, Americam australem alluente, conge-
neribus crassior, squamis argenteis ad latera trunci
margine violaceis tectus, supra fuscescens.*

Caput magnum; oculorum iris alba, extrinsecus flava;
mandibulæ æquales; labia robusta; branchiarum oper-
culum latum, violaceum, squamis magnis vestitum;
linea lateralis, ex squamis albis oblongis constata, recta,
ad pinnam dorsalem interrupta; anus in medio corporis;
pinnæ flavæ, radiis ramosis; caudalis bifurca.

Mauritii. 42. Ch. aculeis pinnæ dorsalis

11, analis 3. *Bloch aust.*

Fisch. 3. p. 109. n. 31. t.

213. f. 1.

D. $\frac{11}{2}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{1}{3}$. C. 18.

*Habitat in Brasilia, bipedalis, elongatus, squamis exilibus
tectus, cærulæus, ad latera dilutius tinctus fasciis 6
angustis nigris pictus, subtus albus, carne sapida.*

Oculorum iris ex argenteo flavicans; rictus amplus; labium
superius ossibus 2 tenuibus constans; branchiarum apertu-
ra ampla; dorsum parum arcuatum; linea lateralis dorso,
anus caudæ propior; pinnæ radiis ramosis, ventrales
flavæ, pectorales obscure, ceteræ dilutius cæruleæ.

bengalen- 43. Ch. fasciatus, aculeis pin-
nis.

næ dorsalis 13, analis 2.

Bloch aust. Fisch. 3. p. 110.

n. 32. t. 213. f. 2.

Br. 4. D. $\frac{11}{2}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{4}$. C. 18

*Habitat in Bengala, latus, albus, fasciis 5 badiis pictus
squamis, in trunco magnis, vestitus.*

Oculorum iris ex albo flavescens; branchiarum apertura
ampla; linea lateralis prope dorsum leviter arcuata,

M m m m 4

PISCES THORACICI. Chætodon.

ad ejus finem interrupta ; anus caudæ propior ; pinnæ basi fusca , margine carulea.

octofasciatus. 44. Ch. fasciis 8, aculeis pinnæ dorsi 11. *Bloch aust. Fisch. 3. p. 113. n. 34. t. 215. f. 1.*

Mus. Linck. 1. p. 42. Chætodon striatus.

Mus. Schwenck. p. 32. n. 81. Chætodon armatus octolineatus.

Seb. mus. 3. p. 67. n. 12. t. 25. f. 12. Chætodon macrolepidotus albescens, lineis utrinque octo transversis nigris.

Klein miss. pisc. 4. p. 36. n. 6. t. 9. f. 3. Rhombotides, cujus pinnam dorsalem radiis conjunctis inermibus, &c.

Habitat in India, ex violaceo albus, fasciis 8 geminatis transversis fuscis.

Oculorum iris ochroleuca ; mandibulæ prominulæ, æquales ; linea lateralis leviter arcuata ; anus in medio corporis ; pinnæ breves, basi fuscescentes, dorsalis & analis margine fusca, reliquæ cinerea.

annularis. 45. Ch. striatus, annulo ad lineam lateralem. *Bloch aust. Fisch. 3. p. 114. n. 35. t. 215. f. 2.*

Mus. Schwenck. p. 31. n. 20. & p. 32. n. 84. Chætodon annularis, & Chætodon fuscus, striis cœlestini coloris incurvatis, diverso modo desinentibus, pinnis ventralibus ac dorsalibus valde extensis.

Valent. ind. 3. p. 455. n. 347. f. 347. & p. 498. n. 467. f. 468. Ikan Batoo

D. $\frac{11}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 12.

D. $\frac{14}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 16.

Jang Aboe, & Ikan Pam-
pus Cambodia.

Reynard poiss. 2. p. 38. t. 20.

f. 135. Douwing Marquis.

Habitat in India, fuscescens, striis 6 longitudinalibus cur-
vatis, cælestis coloris, squamis minutis tectus.

Oculi iride argentea; branchiarum operculum ex duabus
laminis constans, quarum anterior dentata & aculeata;
linea lateralis dorso parallela; anus in medio corporis:
Pinna analis rotundata, fascia cærulea insignita, &
dorsalis acuminata ex atro fusca, reliquæ albæ.

Collare. 46. Ch. capitis fasciis 5, spi-
nis dorsalis 12. Bloch
aust. Fisch. 3. p. 116. n.
36. t. 216. f. 1.

Br. 4. D. $\frac{2}{3}$. P. 14. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{24}$

Seb. mus. 3. p. 66. n. 10. t.

25. f. 10. Chætodon ma-
crolepidotus, nigricans,
lineis utrinque duabus al-
bis ad caput.

Habitat in Japonia, cæruleus, subtus flavicans, squamis;
in trunco prægrandibus vestitus.

Caput anterius declive; oculi magni, iride cærulea,
mandibulæ prominulæ; membrana branchioftega tecta;
linea lateralis ad pinnam dorsalem in angulum obtusum
flexa, ad finem ejus interrupta; pinnae pectorales fla-
væ, ventrales cinereæ; reliquæ flavicantes, margine
fusca; dorsalis fascia flava, caudalis fascia fusca.

mesome-47. Ch. fascia oculari, aculeo
las. unico ad operculum, &

12 ad dorsum. Bloch aust.

Fisch. 3. p. 117. n. 37.

t. 216. f. 2.

D. $\frac{12}{9}$. P. 16. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{3}{27}$. C. 16.

Habitat in Japonia, ex oblongo rotundus, squamis exilibus
tectus, anterius ex cærulecente albus, posterius niger.

Oculi magni; branchiarum apertura ampla, operculum
ex duabus laminis compositum, præter majorem illum
minoribus adhuc aculeis munitum, membrana libera;
linea lateralis dorso propinqua; anus in medio corporis;
pinnae dorsalis & analis nigrae, reliquæ albæ.

Faber. 48. Ch. fasciatus, aculeo dor-
fali tertio longiore. Bloch

PISCES THORACICI. Chætodon.

aust. Fisch. 3. p. 107. n.

30. t. 212. f. 2.

Br. 8. D. $\frac{9}{32}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 20.

Brouff. ichth. dec. 1. n. 5. t. 6.

Chætodon maxillis rotundatis, pinnis pectoralibus ovatis, cauda inermi, pinnæ dorsalis aculeo quinto longiore.

Br. 3. D. $\frac{9}{32}$. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{24}$. C. $\frac{9-3}{21}$

Habitat in oceano indico, americano, pacifico, 11 pollices longus, argenteus, fasciis 6 ex nigro cæruleis. Oculorum iris flava; linea lateralis dorso arcuato propinqua & parallela; anus in medio corporis; pinnæ radiis ramosis, pectorales & ventrales nigrae, reliquæ ex nigro cæruleis.

chilensis. 49. Ch. aureus fasciis 5 discoloribus, cauda integra, spinis dorsalibus 11. *Mölin. hist. nat. Chil.* p. 200.

D. 11. P. --. V. --. A. --. C. --.

Habitat in mari Chilensi, 12 pollices longus, squamis minutis vestitus, sapidissimus, ovalis, fascia prima oculari nigra, duabus mediis cinereis, duabus caudalibus nigris & cinereis.

Rostrum prolongatum; nares 2 prope oculos; Branchiarum apertura arcuata, operculum tribus laminis constans; linea lateralis arcuata, suprema, inconspicua; anus fere in medio corporis; pinnæ pectorales minimæ & ventrales acuminatæ; dorsalis magna flava; caudalis argentea, margine flava, flabelliformis; ad caudam macula ovalis nigra.

longirostris. 50. Ch. rostro cylindrico, cauda inermi, pinnæ dorsalis aculeis 11. *Brouffon.*

ichth. dec. 1. n. 6. t. 7. Br. 5. D. $\frac{11}{33}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{22}$. C. $\frac{3-3}{33}$

Habitat in oceano pacifico, citrinus, subtus striatus, squamis inæqualibus oblique imbricatis tectus, compressus, ex oblongo rhomboideus.

Caput supra declive fuscescens, subtus ex argenteo carneum; oculi pupilla fuscescente, iride ex argenteo glaucescente; ricus parvus, oblongus; mandibulæ subæquales, dentibus inæqualibus paucis, setaceis, exiguis

PISCES THORACICI. Chætodon.

1265

armata; lingua, palatum & faux glabra, linea lateralis recta, dorso subparallela; anus pone medium corporis; pinnae dorsalis & analis citrinae, postice lineola nigra, aliaque albescente marginata; huic posterius versus apicem ocellus niger; pinnae ventrales citrinae, margine exteriori fuscescentes; caudalis & pectorales glaucescentes; hæ basi lutescentes.

Teira. 51. Ch. fasciis tribus nigris, pinna dorsali analique longissimis. Bloch *aust.*

Fisch. 3. p. 65. n. 8. t. 199. f. 1.

Br. 5. D. $\frac{1}{4}$. P. 11. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

Forsk. fn. arab. p. 60. n. 82.

Chætodon corpore rhombico fuscescente, fascia transversa duplici obscuriori: pinnis ventralibus, ani & caudæ falcatis corpore longioribus.

Br. 5. D. $\frac{1}{3}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

Mus. Schwenc. p. 26. n. 78.

Breedvinnige Klipvisch.

Valent. ind. 3. p. 366. n. 62. f. 62. Ikan Kambing.

Renard poiss. 1. p. 35. n. 129. t. 24. t. 129. Cambing.

Ruyfch theatr. anim. 1. p. 18. n. 7. t. 10. f. 7. Zeebotje.

Habitat in mari arabico & indico, albus; ad ulnam usque longus, coralliis testaceisque victitans, edulis, perinde latus ac longus, anterieus declivis, squamis minimis denticulatis vestitus.

Oculi iride ex albo rubescente; os minimum; branchiarum apertura ampla, operculum lamina simplici constans, membranæ partem occultans; lineâ lateralis alba, ex punctis albis composita; anus prope pinnas ventrales, hæ nigra, reliquæ albæ.

orbicula. 52. Ch. ex cinereo fuscus subrotundus, spinis dorsalibus nullis. *Forsk. Fn.*

arab. p. 59. n. 79. Br. 6. D. $\frac{1}{2}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. 26. C. 16.

Habitat in saxosis littoris Arabici, pedalis, figura pleuroneæten simulans, nigro-punctatus, subtus albidus, pone flavicaris, squamis rotundatis integris tectus.

PISCES THORACICI. Chætodoni.

Frons perpendiculariter declivis; oculorum iris flava; labia obtusa, æqualia; dentium mobilium ordines plures; exterior filiformium apice tridentatorum, reliqui setaceorum, subulatorum; branchiarum opercula integra squamata; linea lateralis dorso propior non prorsus parallela; ante pinnam dorsalem & analem rudimenta spinarum sub cute; utraque cum pinna caudali crassa, carnosa, squamata; pinnae ventrales ovatae, introrsum flavae; extrorsum ex fusco virentes pellucidae, pectorales ex ovato lanceolatae ex fusco flavae.

fasciatus. 53. Ch. flavus, fascia oculari nigra, supra nucham alba per latera ferrugineofusca. Forsk. Fn. arab.

p. 39. n. 80.

Br.6.D. $\frac{1\frac{1}{2}}{3}$.P.16.V. $\frac{1}{3}$.A. $\frac{3}{22}$.C.16.

Habitat ad littus Arabiæ, 3 pollices longus, squamis rotundatis imbricatis tectus.

Caput conico-obtusum, labium superius protrahibile; fasciæ laterales utrinque 8; pinna dorsalis ad basin vittâ fulva, dein nigra, postea ex ferrugineo flava, margine flava; analis ex ferrugineo flava; ventrales flavæ; pectorales glaucæ, caudalis truncata flavicans, fascia media fusca.

Auriga. 54. Ch. albidus oblique fasciatus, pinnae dorsalis radio quinto in filum producto. Forsk. Fn. arab. p. 60.

n. 81.

Br.6.D. $\frac{1\frac{1}{3}}{3}$.P.16.V. $\frac{1}{6}$.A. $\frac{1}{24}$.C.17.

Habitat in Arabiæ littore, 5 pollices longus, fere rhomboidalis, ex albido cæruleus, fasciis 16 fuscis parallelis, squamis rhomboidalibus tectus.

Caput fascia oculari, supra planum, squamatum, ex albo rufescens, fasciis 4 transversis fulvis. Oculi iride nigra; os conico-compressum; labia rotundata æqualia; pinna dorsalis margine posteriori nigra; analis lincis, nigra, albo-flavescente picta; cauda truncata fulva; linea lateralis curvata.

mesoleucos. 55. Ch. parte anteriore albus, posteriore fuscus, fasciis nigris. Forsk. Fn. arab.

p. 61. n. 83.

Br.6.D. $\frac{1\frac{1}{3}}{3}$.P.16.V. $\frac{1}{6}$.A. $\frac{1}{22}$.C.17.

Habitat in Arabiæ littore, 3 pollices longus, ovatus, squamis ciliatis, rhombis, magnis vestitus, fascia oculari, & 12 trunci posterioris nigris.

Caput conicum, angustum; linea lateralis curva; pinnæ pectorales glaucæ, ventrales albæ; dorsalis & analis fuscæ; caudalis nigra truncata, apicis fascia lata hyalina.

Asfur. 56. Ch. niger, fascia transver-
sa lunari-cuneata flava.

Forsk. Fn. arab. p. 61.

n. 84.

Br. 6. D. $\frac{12}{2}$ P. 16. V. $\frac{1}{2}$ A. $\frac{1}{22}$ C. 16.

3..

β) Chætodon cærulefcens li-
turis & fasciis obliquis,
lineolis violaceis. *Forsk.*

Fn. arab. p. 61. n. 84. b.

Habitat in Arabiæ littore, ovalis, squamis rhombis, quincuncialibus, subtiliter dentatis tectus, 5 pollices longus.

Operculum anterius pone spina valida retroversa semipollicari munitum; linea lateralis curva, dorso propior; pinnæ dorsalis & analis horizontaliter protensa, falcata; caudalis rotundata fulva, margine nigra.

maculo- 57. Ch. cinereus, maculis
sus. transversis cæruleis, oper-
culis anterioribus unispino-
sis. *Forsk. Fn. arab. p.*

62. n. 85.

Br. 5. D. $\frac{11}{4}$ P. 19. V. $\frac{1}{2}$ A. $\frac{1}{24}$ C. 16.

Habitat in Arabiæ littore, ex ovato oblongus, squamis serratis margine striatis, versus caput latioribus, tectus, macula pone medium corpus magna transversa aurea.

Frons inter oculos elata, plana, squamata; branchiarum operculum squamatum anterius, pone ferratum; linea lateralis dorso propinqua parallelæ; pinnæ pectorales ovata, ventrales lanceolata, dorsalis pone falcata; analis triangularis; caudalis integra parum rotundata, cinerea, guttis flavis.

lordidus. 58. Ch. ex fusco cinereus ova-
tus, fasciis transversis ob-
soletis 4. *Forsk. Fn. arab.*

p. 62. n. 87.

Br. 5. D. $\frac{11}{4}$ P. 19. V. $\frac{1}{2}$ A. $\frac{2}{17}$ C. 14.

Habitat in Arabiæ littore, inter corallia, spithamam longus, sapidus, squamis latis margine membranaceis vix crenatis tectus.

Branchiarum operculum posterius margine bidentatum; linea lateralis dorso propior non parallela; pinnæ ex cinereo fusca, peñtorales ovata, ventrales acuminata; analis & dorsalis pone rotundata; caudalis brevis, flavescens, biloba, macula superne nigra.

unicornis. 59. Ch. fronte cornuta, cauda carinis utrinque duabus elatis. Forsk. Fn. arab. p.

63, n. 88.

Br.4.D. $\frac{6}{33}$.P.17.V. $\frac{1}{4}$.A. $\frac{2}{31}$.C.16.

Habitat frequentissimus & gregarius ad Arabiæ littus, ulnam longus, herbis victitans, carne non admodum grata, scaber, cinereo-nitens, ovato-oblongus.

Frons recta, declivis; ante oculos cornu horizontale rectum; dentes rigidi in unicam seriem digesti, ex conico subulati, medii majores; labia obtusa; linea lateralis dorso propior, parallela; branchiarum apertura brevis; pinnæ peñtorales ex ovato acuminata; cauda surgens, medio angustior, utrinque scuto duplici, altero rotundo, altero rhombeo, pinna medio truncata.

Sohar. 60. Ch. cauda utrinque carina offea in fossula rubra.

Forsk. Fn. arab. p. 63.

n. 89.

Br.3.D. $\frac{9}{9}$.P.17.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{32}$.C.16.

Habitat in Arabiæ littore, pulvere fundi marini victitans, 3 spithamas longus, ovatus, fuscus, lineis longitudinalibus violaceis, subtus albicans, lineato affinis.

Caput squamis tectum; dentes contigui, crenati, in unam seriem digesti; labia æqualia; branchiarum operculum integrum; linea lateralis obsoleta; pinnæ coriacea, violacea; peñtorales macula flava; cauda medio truncata, angulis incurvis duplo longioribus.

nigrofus- 61. Ch. ex atro fuscus, cauda biloba utrinque spina recumbente. Forsk. Fn.

arab. p. 64. n. 90. Br.4.D. $\frac{8-9}{33}$ P. $\frac{1}{14}$.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{2-3}{27}$ C.16,

33-34

26-27

Gahm. β) Ch. niger, basi pinnæ caudalis violacea.

Br.4.D. $\frac{8}{33}$.P.18.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{2}{28}$.C.16.

Habitat in arabici maris profundo, æstare gregatim in superficie ludens, Sohar multum affinis, 5 pollices, β) 3 spithamas longus.

Pinnarum dorsalis & analis aculeus primus sub cute reconditus; caudalis margo posterior albicans, lobi falcati, spina lateralis hastato-subulata, tota e fossula erigenda.

bifascia- tus. 62. Ch. cauda bifida flava, fasciis duabus capitis nigris.

Forsk. Fn. arab. p. 64.

n. 91.

Br. 5. D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{14}$. C. 17.

Habitat in Arabiae littore, argenteus, ex ovato oblongus.

Vertex rugosus; oculorum iris argentea; mandibulae plene callis hemisphaericis, confertis, validis, incisoribus in utraque 5, validis, obtuse conicis; labium superius longius; branchiarum operculum anterius pone serratum, posterius pone acumine osseo; pinnae ventrales nigrae; dorsalis & caudalis flavae; pectorales dimidiato flavae & albae; linea lateralis curva, dorso parallela propinqua.

pictus. 63. Ch. albidus lineis obliquis violaceis, fascia nigra oculorum & caudae. *Forsk.*

Fn. arab. p. 65. n. 92. Br. 6. D. $\frac{13}{38}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 17.

Habitat in Arabiae littore, sere rectangulus, squamis latis serratis, oblique imbricatis tectus, lineis 18 violaceis pictus.

Vertex lineis 5 transversis fulvis; rostrum prominens; labia aequalia; linea lateralis curva, pinnae dorsalis margini parallela; pinnae dorsalis nigra, pone rotundata, caudalis-truncata, in medio lunula aurea notata, margine fusca.

Gens. Chaetodonton numerosissima, quorum plurimum non satis curate adhuc definitorum, ideo haec omissorum, e. g. Parati, militaris, javi, Achillis, defensoris, umbrati, stellati, citrinelli, arolatoris, corusci, balteati, speciosi, aulici, fugitivi, belli, meleagridis, luridi, chrysur, perdicæ, gigantis, plébeji, strigangoli, cyprinacei, nobilis, desiniendorum & delineaendorum spem gratissimam facit Cl. Brouffonet, secundum aculeos caudae laterales praesentes vel deficientes, solitarios vel plures, exsertos & rigidos, vel recumbentes & mobiles, dentes acutos vel obtusos, numerosos vel pauciores, in unam vel plures series digestos, caudam denique integram vel bifidam in plures familias dispecsi posset; aut ex mente Forsteri species corpore ovato, dentibus utrinque contiguis in unam seriem dispositis, pinnis dorsali analique longitudinalibus nudis, cauda utrinque spina vel squama ossa falcata munita a chaetodontibus se jungi, & proprium harpuri vel acanthuru genus constituere possent?

115. SPARUS. *Caput: Dentes incisores vel lanuarii robusti; molares obtusiusculi, conferti: Labia duplicata. Membrana branchiostega radiis quinque: Opercula squamosa. Corpus compressum. Linea lateralis posterius curvata. Pinnæ pectorales rotundatæ.*

* *Macula nigra notati.*

Aurata. 1. Sp. lunula aurea inter oculos. *Mus. Ad. Fr. 2.*

*p. 72.**

Art. gen. 25. syn. 63. Sparus dorso acutissimo, linea arcuata aurea inter oculos.

Gron. mus. 1. n. 90.

Læst. epist.

Hasselq. it. 337.

Habitat in mari mediterraneo, & oceano inter Europam & Americam intermedio, etiam japonico, Romanis olim Sergi autoritate pretiosissimus, Veneri sacer.

Ad caudam macula nigra.

D. $\frac{11}{24}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{17}$. C. 17.

D. 24. P. 17. V. 6. A. 14. C. --

D. $\frac{12}{23}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{12}$. C. 20.

D. $\frac{13}{22}$. P. 15. V. 6. A. 11. C. 17.

D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{24}$. C. 22.

annula- 2. Sp. ocello nigro subcaudali, corpore flavescente.

ris.

Art. gen. 37. syn. 57. Sparus unicolor flavescens.

Art. gen. 37. syn. 57. Sparus unicolor flavescens, macula nigra annulari ad caudam.

Habitat in mari adriatico, infero.

Sargus, 3. Sp. ocello subcaudali, corpore fasciis nigris. *Mus.*

*Ad. Fr. 2. p. 73.**

Art. gen. 37. syn. 58. Sparus lineis transversis variis, macula nigra insigni ad caudam.

D. $\frac{12}{26}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{12}$. C. 17.

D. 26. P. 14. V. 6. A. 17. C. --

Gron.

Gron. zoonph. n. 219. Cynæ-
dus corpore ovato lato,
cauda bifurca, dentibus
æqualibus obtusis.

D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{14}$. C. --

Rondel. pisc. 5. c. 5. Sargus.

Habitat in mari infero, Romæ, Genue venalis.

melanurus. 4. Sp. ocello nigro caudæ, cor-
pore lineis longitudinali-
bus.

Art. gen. 37. syn. 58. Spa-
rus lineis longitudinalibus
varius, macula utrinque
ad caudam.

Habitat in mari infero.

Smaris. 5. Sp. ocello nigro laterali,
pinnis pectoralibus, cau-
dæque rubris.

Art. gen. 36. syn. 62. Spa-
rus macula nigra in utro-
que latere medio, pinnis
pectoralibus caudaque ru-
bris.

Habitat in Europa australi.

Mæna. 6. Sp. ocello fuscò laterali,
corpore variegato.

Art. gen. 36. syn. 61. Spa-
rus varius, macula nigri-
cante in medio latere,
dentibus 4 majoribus.

Habitat in mari mediterraneo.

faxatilis. 7. Sp. ocello subcaudali, cor-
pore candicante.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 65. Scia-
na ocello ad basin cau-
dæ.

Gron. mus. 2. n. 185. t. 6.

f. 3. Sparus rostro pla-
gioplateo rufescens, ma-
cula nigra iride alba ad
caudam subrotundam.

Habitat Surinami.

D. $\frac{19}{33}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{22}$. C. 16.

D. $\frac{11}{31}$. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 17.

N n n n

Orphus. 8. Sp. ocello subcaudali, capite rufescente, cauda integra. †

Art. gen. 37. syn. 63. Sparus varius, macula nigra ad caudam in extremo æqualem.

D.10.

Habitat - - - - -

Puntaz-27. Sp. ore cuspidato, pinna caudali semilunari a latere concavo tota nigra. *Cetti anf. e pesc. di Sard. p. 124.*

Habitat rarior ad Sardinia littora, Sargo statura, magnitudine, colore affinis.

argenta-28. Sp. macula pone branchias nigra. *Houttuyn act. Haarl.*

XX. 2. p. 319. n. 7.

D. $\frac{2}{3}$. P. 16. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{1}{5}$. C. 18.

Habitat in mari Japoniam alluente, 6 pollices longus, aurata crassior & angustior, totus squamis argenteis tectus. Ante oculos nares binæ.

notatus. 29. Sp. pinna dorsali bipartita, operculis caudaque nigromaculatis. *Houttuyn act.*

Haarl. XX. 2. p. 320. n. 8.

D. $\frac{1}{3}$. P. 10. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 14.

Habitat in mari Japoniam alluente, saxatili affinis, at caput cathetoplateum squamis argenteis digitorum fere longis tectum.

** *Rubri.*

Hurta. 9. Sp. cauda bifida, corpore fasciis transversis rubris, dentibus laniariis exsertis.

*Mus. Ad. Fr. 2. p. 73. **

D. $\frac{11}{3}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{5}$. C. 17.

Habitat in mari mediterraneo, an dentex?

Erythri-10. Sp. cauda sub integra, corpore rubro.

Læfl. it. 103.

D. $\frac{12}{3}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{12}$. C. 18.D. $\frac{11}{4}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{1}{12}$. C. 17.

Art. gen. 36. syn. 59. Sparus totus rubens, iride argentea.

Habitat in mari mediterraneo, americano, japonico, pacifico, edulis, interdum tamen venenatus.

insidia- 30. Sp. ruber, ad latera fla-
tor. vescens, cauda subforcipata. *Pall. spic. zool. p. 41. t. 5. f. 1.*

D. 7/8. P. 11. V. 6. A. 1/11. C. 11.

Valeñt. ind. 3. p. 384. n. 122. Gtotsmael.

Ruysch theatr. an. 1. p. 3. t. 2. n. 6. groote Bedrieger.

Renard p. 1. f. 42. n. 209. 210. 2. fol. 4. n. 13. & fol. 17. n. 15. Trompetur, Filou.

Habitat in mari indico, 10 pollices longus, oris in longissimum tubum emissilis ope, chaetodontis rostrati more inserta aquatica praedans, esculentus, latiusculus, obesus, cyprini figura, squamis magnis margine æruginoso-viridibus tectus, mortuus juscum colorcin induens.

Caput compressum, inerme, squamatum; oculi laterales; mandibula bipartita, singulae dentibus 2 in medio, majoribus, rectis, conicis; branchiarum opercula integerrima; linea lateralis prior, dorso propior subparallela, ad finem pinnae dorsalis incipiens, altera recta; anus in medio fere longitudinis; pinnae flavescens, dorsalis & analis fasciis viridibus picta, squamis semilanceolatis utrinque stipata; analis radii penultimi longissimi.

Pagrus. II: Sp. rubescens, cute ad radicem pinnarum dorfi & ani in sinum producta.

Art. gen. 36. syn. 64.

Habitat in Europa australi.

spinifer. 31. Sp. spinis dorsalibus recumbentibus, mediis 5 filiformibus longioribus. *Forsk.*

Fn. arab. p. 32. n. 23. Br. 6. D. 1/2. P. 16. V. 1/2. A. 1/2. C. 16.

Habitat in maris rubri caenosis profundis, rarissime littore, ovatus, sesquispithameus, ex argenteo rubens, dorso lineisque obscurioribus, squamis latis, integerrimis, obsolete striatis vestitus, sapidissimus.

Caput declive vertice convexo, nudo, punctato; oculi remoti, iride argentea, supra subtusque aurea; labia

PISCES THORACICI. Sparus.

obtusissima, superius longius protrahibile; dentes incisores in utraque mandibula 4, conici, remoti, anteriores majores, molares numerosi, conferti, hemisphaerici; branchiarum opercula squamata integerrima; spinæ dorsales & anales in fossula recondendæ; linea lateralis curva, dorso propior, non parallela; pinna caudalis pallida, margine posteriori rubra.

palpebra-32. Sp. spadiceus, oculis ochraceis valvula libera flavescente munitis. *Pall. n. nord. Beytr. 2. p. 55. n. I. t. 4. f. I. 2.*

D. . . P. 16. V. 6. A. 16. C. 20.
22

Habitat in mari Amboinam circumfluente, perca affinis, at capite obtusiore.

Caput nigricans, fronte sulcata; operculi lamina exterior 2 aculeis armata; linea lateralis elevata, papillis 5 in seriem digestis a capite incipiens, dorso ut plurimum parallela.

*** *Lineati.*

Boops. 12. Sp. lineis longitudinalibus obscuris: inferioribus quatuor aureis argenteisque.

Art. gen. 36. syn. 61. Sparus lineis utrinque 4 aureis ac argenteis longitudinalibus parallelis.

D. 30. P. -- V. -- A. 19. C. --

Habitat in mari infero & japonico.

Canthia- 13. Sp. cauda immaculata, corpore lineis longitudinalibus luteis.

Art. gen. 36. syn. 58. Sparus lineis utrinque luteis, longitudinalibus parallelis, iride argentea.

Habitat in mari infero.

Chromis. 14. Sp. cauda bifida, radio ventralium secundo fetaceo.

Art. gen. 37. syn. 62. Sparus officulo secundo pin-

narum ventralium in longam setam quasi producto.
Habitat in Europa australi.

D.23.P.17.V.6.A.12.C.--

Salpa. 15. Sp. cauda bifida, lineis fulvis longitudinalibus utrinque undecim. *Muf. Ad.*

Fr. 2. p. 74. *

D. $\frac{11}{25}$.P.16.V.6.A. $\frac{1}{7}$.C.17.

Art. gen. 38. syn. 60. Sparus lineis utrinque undecim aureis parallelis longitudinalibus.

Habitat in mari mediterraneo.

Sarba. 33. Sp. ovato-oblongus argenteus: vittis obsoletis plurimis: linea aurea utrinque juxta pinnas ventrales flavas. *Forsk. Fn.*

arab. p. 31. n. 22.

Br.6.D. $\frac{11}{25}$.P.15.V. $\frac{1}{8}$.A. $\frac{1}{7}$.C.17.

Habitat in littoris arabici cœnosis, herbidis & coralliferis, latus, sapidus, squamis latis integerrimis tectus, vittis longitudinalibus obsoletis fuscescentibus utrinque 17 pictus.

Vertex fuscus, politus, nudus, subconvexus; dentes incisores conici contigui, molares hemisphærici plurimi; opercula branchiarum integra; linea lateralis dorso propior, minus curva, quam congeneribus; pinnae pectorales lanceolatae albae, ventralibus sesquilon-giores; haec & analis flavae; hujus & dorsalis spinæ in fossula reconditæ; cauda recta protensa, pinna bifida ex glauco fusca, inferius flava.

Synagris. 16. Sp. cauda bifida rubra, corpore purpurascente, lineis utrinque 7 aureis. †

Catesb. Car. 2. p. 17. t. 17.

Salpa purpurascens variegata.

Habitat in America septentrionali.

rhomboides. 17. Sp. cauda integra, dorso canaliculato, corpore luteo-lineato.

Br.6.D. $\frac{11}{22}$.P.16.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{5}$.C.20.

Brown jam. 446. Sparus striis longitudinalibus variis.

Catesb. Car. 2. p. 4. t. 4.

Perca rhomboides.

Habitat in America, fossula dorsali sciænis affinis. D., Garden. Saltwater Bream.

Dentes obtusi; inter pinnarum pectoralium dorsalisque radices macula nigra; pinnæ ventrales, analis & caudæ fulvæ.

latus. 34. Sp. flavicans, capite argenteo, squamis longitudinaliter imbricatis. *Houttuyn act. Haarl. XX. 2. p. 322. n. 10.*

D. $\frac{1\frac{1}{2}}{2}$. P. 12. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 18.

Habitat in Japoniæ mari, tres pollices longus, sesquipollicem latus.

virgatus. 35. Sp. cauda bifurca, corpore depresso oblongo squamis virgato. *Houttuyn act.*

Haarl. XX. 2. p. 323. n. 11.

D. $\frac{8}{8}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{3}{5}$. C. 22.

Habitat in mari Japoniam circumflucnte, 4 $\frac{1}{2}$ pollices longus, salpæ affinis.

Caput obtusum.

Haffara. 36. Sp. argenteus, lineis longitudinalibus obsolete ex fusco-flavescentibus, cauda bifida. *Forsk. Fn. arab.*

p. 33. n. 25.

D. $\frac{1\frac{1}{2}}{4}$. P. 15. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 18.

Habitat in Arabici littoris cænosif frequens, spithamæ magnitudine, mormyri facie, sapidus.

Lineæ utrinque 14; dentes incisores in utraque mandibula validi, remoti, obtusi; in faucibus tubercula hemisphærica multa.

Barda. 37. Sp. ex cinereo albidus, squamis lateralibus singulari fascia media, transversa, fusca, spinis dorsalibus recumbentibus. *Forsk. Fn.*

arab. p. 32. n. 24.

Br. 6. D. $\frac{1\frac{2}{3}}$. P. 14. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 16.

Habitat frequens in maris rubri cænosif, sceuræ foliis vesicens, sapidus, ovalis, fasciis dorfi gibbi obsolete, subtus æbus, squamis latis, rotundatis, integris vestitus.

Vertex nudus, convexus, declivis; oculorum iris alba; ante nares magnas lineares cirrus conicus; dentes in utraque mandibula incisores 4 longiores, conico-subulati, propinqui, dente minore utrinque interdum acuti, molares numerosi hemisphaerici, posteriores majores; labium superius longius, protrahibile; opercula integra; linea lateralis dorso propior; pinnæ fuscae, pectorales hyalinae lanceolatae; caudalis biloba.

chilenfis. 38. Sp. cauda bifida, lineis utrinque transversis fuscis.
Molin. hist. nat. Chil.

p. 197.

Br. 6. D. $\frac{11}{28}$. P. 17. V. $\frac{3}{8}$. A. $\frac{3}{14}$.

Habitat in mari, regnum Chilense alluente, ovatus, catoptolatus, ad 6 pedes longus, maculis squamis magnis rhomboïdalibus margaritaceis alba-maculatis vestitus, sapidus.

Caput parvum, declive, leviusculum; oculi magni laterales, supremi, i-ida argentea; mandibulae subaequales; dentes incisores conici, molares obtusi; lingua glabra; branchiarum operculum duplici lamina constans; linea lateralis incurva, dorso parallela, obsoleta; anus in medio; pinna dorsalis declinata.

*** Varii.

chrysopt. 18. Sp. cauda lunata, dorso canaliculato, oculorum iridibus aureis.

Br. 6. D. $\frac{11}{24}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{1}{17}$. C. 19.

Catesb. Car. 2. p. 16. t. 16.
Aurata bahamenfis.

Habitat in Carolina, caerulefscens. D. Garden. Porgee.

Caput lituris caeruleis varium; pinnæ pectorales, ventrales, analis & caudalis rubrae.

argyropt. 19. Sp. cauda lunata, dorso canaliculato, oculorum iridibus argenteis.

D. $\frac{11}{26}$. P. 17. V. 6. A. 15. C. 20.

Brown jam. 447. Sparus iride argentea, dentibus anterioribus conicis.

Will. ichth. app. t. 3. Zanthurus indicus.

Habitat in Jamaica, Carolina, chrysopti similis. D. Garden. Pinnæ dorsalis radii tres primi in setam longam elongati.

N n n n 4

- Dentex. 20. Sp. cauda bifida, corpore variegato, dentibus quatuor majoribus.
Art. gen. 36. syn. 60. Sparus varius dorso acuto, dentibus quatuor majoribus. D. 90. P. -- V. -- A. 20. C. --
Gronov. zooph. n. 214. Cynædus cauda lunata, dente secundo utriusque maxillæ maximo. Br. 6. D. $\frac{11}{22}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{17}$. C. 15.
Will. ichth. t. X. 7. f. 6.
Raj. pisch. p. 132. Dentex f. Cynodon.
Habitat in mari inferno & supero, ad caput Bonæ Spei.
- Spinus. 21. Sp. cauda bifida, spina dorsali recumbente. *Muf.*
*Ad. Fr. 2. p. 74. ** D. $\frac{11}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{7}{18}$. C. 16.
Loefl. epist. D. $\frac{11}{24}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{14}$. C. 17.
Osb. it. 273. Sparus javanensis. D. $\frac{11}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{7}{17}$. C. 18.
Habitat in America australi & India, lituris cæruleis repandis variis pictus.
- radiatus. 22. Sp. cauda integra, linea laterali stigmatibus trifidis bifidis.
Catesb. Car. 2. p. 12. t. 12. f. 1. Turdus oculo radiato? Br. 6. D. $\frac{11}{22}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{1}{18}$. C. 17.
Habitat in Carolina, supra viridis, ad latera purpureus, subtus rufus, capite striis cæruleis, luteis viridibusque vario. D. Garden. Puddingfish.
Oculorum iris aurea, cærulea & rubescens, supercilia punctata; labium superius ductile, dentes conici, primores 2 majores; opercula maculis 2, purpurea & lutea, notata; linea lateralis dorso parallela, ad finem pinnae dorsalis deflexens, ex squamis linearibus in 3 ramos bifidos divisis conflata; pinnae variegatae; cauda rotundata.
- virginicus. 23. Sp. cauda bifida, fasciis duabus nigris transversis, lineis cæruleis plurimis. D. $\frac{11}{27}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 18.
Habitat in America septentrionali. Muf. de Geer.

Opercula *subferrata*; lineæ *longitudinales parallelæ*; fascia prior *ocularis*, altera *ab humeris per latera thoracis ad pinnas pectorales*; cauda *biloba, obtusa*.

Mormyrus. 24. Sp. cauda bifida, fasciis argenteisnigrisque plurimis.

Art. gen. 37. syn. 62. Sparus maxilla superiore longiore, lineis utrinque duabus nigris transversis parallelis.

D. 23. P. 14. V. 6. A. 13. C. ---

Hasséq. it. 335. Sparus Mormyrus.

D. $\frac{1}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 18.

Gron. zooph. n. 295. Perca dorso monopterygio, capite lævi operculisque diacanthis squamosis.

D. $\frac{10}{23}$. P. 13. V. $\frac{1}{8}$. A. 10. C. 3.

Seb. mus. 3. t. 27. f. 4. Perca maxilla inferiore longiore.

Habitat in mari infero.

capistratus. 25. Sp. cauda integra, corpore albo reticulato.

D. $\frac{2}{25}$. P. 12. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{14}$. C. 14.

Habitat in America, oblongus, hippoglossi figura, squamis tectus laxæ imbricatis, ante marginem fascia alba ad angulum rectum inflexa notatis. Mus. de Geer.

Dentes primores magni, supra 2, infra 4; pinna dorsalis longitudine fere dorfi.

galilæus. 26. Sp. cauda integra, corpore supra virescente, subtus albo. †

Hasséq. it. 343. n. 76.

Sparus galilæus.

Br. 5. D. $\frac{17}{37}$. P. 11. V. 7. A. $\frac{1}{13}$. C. 20.

Habitat in lacu Galilææ Genezareth.

Piscatura prodigiosa Lucæ V. ex hoc pisce.

fulcens. 29. Sp. fulcescens, squamis aureis, macula nigra ad pinnas pectorales.

Houttuyn ad. Haarl. XX. 2. p. 324.

D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{2}{12}$. C. ---

Habitat in mari Japoniæ vicino, satis latus, 4 pollices longus.

SCARUS. *Caput* : *Dentium* loco maxillæ ipsæ eminentes margine dentato-crenatæ ossæ.

Membrana branchiostega radiis quinque; *operculum* integerrimum.

Corpus : *Linea* lateralis plurimis ramosa.

rivulatus. 1. Sc. maxillis continuis complanatis margine ferrato-denticulatis : denticulis approximatis filiformibus a medio labio paulatim decrefcentibus. *Forsk. Fn. arab. p. 25. n. 9.*

D. $\frac{11}{23}$. P. 15. V. $\frac{1-1}{16}$. A. $\frac{7}{16}$. C. 17.

Habitat in Arabiæ littore, ad ulnam fere longus, cærulef-cens, maculis nigris, rivulis longitudinalibus flavis, herbis, imprimis zostera vicîtans, edulis, licet pinnarum suarum spinis inflammationem excitans, post aliquot horas evanidam, pro venenato habeatur, squamis minutissimis vestitus.

Pinnæ ventrales radio primo & ultimo spinoso; ante pinnam dorfi spina; hujus radii spinosi ramenis exilibus ad apices acuti, & prouti analis, in fossula recumbentes; caudalis bifida.

bellatus. 2. Sc. ovalis, fasciis annulis cæruleo-pallidis, subhexagonis, undique contiguus. *Forsk. Fn. arab. p. 26. n. 10.*

D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. $\frac{1-1}{17}$. A. $\frac{7}{17}$. C. 17.

Habitat rarior in Arabiæ littore inter corallia, herbis vicîtans, dimidium pedem longus, nigricans, maculis aliquando albidis vel hexagonis nigris aut flavicantibus variis, squamis rotundis parvulis vestitus, rivulato multum affinis.

Vertex planiusculus, carinis 2 longitudinalibus obtusis antorsum convergentibus; oculi remotiusculi, iride flava; nares utrinque duplices, labia æqualia; opercula squamata, pone striata; anus pinnis ventralibus tectus; linea lateralis non conspicua; pinnæ pectorales obtusæ flavi-

cantes; reliquæ nigrae; dorsalis & analis pone obtusa & flavæ; ante dorsalem spina antrorsum versa sub cute delitescens; caudalis biloba obtusa, lituris interdum flavis ad latus varia.

Ghobban. 3. Sc. cauda æquali, maxillis albidis, lituris capitis & pinnarum margine exteriori viridi-cæruleis, Forsk.

Fn. arab. p. 28. n. 13. Br. 4. D. $\frac{9}{7}$. P. 14. V. $\frac{9}{8}$. A. $\frac{9}{2}$. C. 12.

Habitat in Arabiæ littore, albidus, squamis singulis in medio fasciola cærulescente transversa, aliaque ad basin fusca, striis dein fuscis longitudinalibus pictis.

Mandibulæ albidæ; labia margine flavescencia, basi ex viridi cærulea; linea lateralis duplex; altera dorso propinqua, altera ante hujus finem incipiens, recta per mediam caudam excurrentes; pinnæ pectorales obtusæ hyalinæ, margine superiori basi tantum cæruleæ; reliquæ ex violaceo rubentes; dorsalis & analis ad basin vitta longitudinali ex viridi cærulea insignitæ; caudalis truncata, pone virescens.

ferrugineus. 4. Sc. ex fusco ferrugineus, maxillis margineque pinnarum exteriori viridibus, cauda æquali. Forsk. *Fn.*

arab. p. 29. n. 15.

D. 20. P. 13. V. $\frac{9}{8}$. A. $\frac{9}{2}$. C. 13.

Habitat in Arabiæ littore, ex ovato oblongus.

Mandibulæ medio bifidæ, margine tenues, ex cæruleo virides, linea lateralis duplex, altera dorso propinqua, altera ad finem prioris desinens, media; pinnæ pectorales ex fusco ferrugineæ; ventrales & analis violascentes; dorsalis & caudalis flavescentes; hæc basi squamis longis lanceolatis tectæ.

fordidus. 5. Sc. maxillis rubentibus, corpore fusco ferrugineo, pinnis obscurioribus, cauda surgente pinna æquali.

Forsk. Fn. arab. p. 30. n. 18.

D. $\frac{9}{5}$. P. 14. V. $\frac{9}{8}$. A. $\frac{9}{2}$. C. 12.

Habitat in Arabiæ littore, angustus, oblongus.

Mandibulæ medio fissæ, submobiles, labiis non tectæ, margine tenues; lineæ laterales 2 rectæ; altera ad finem prioris incipiens; pinnæ ventrales violascentes; dorsalis

radiis 9 simplicibus fusca; analis radiis 3 simplicibus; pectorales radio unico simplici & caudalis flavescentes.

Harid. 6. *Sc. cauda bifurca, media basi squamis septa. Forsk.*

Fn. arab. p. 30. n. 17. Br. 4. D. $\frac{9}{20}$. P. 15. V. $\frac{9}{8}$. A. 13. C. II.

Habitat in Arabiæ littore, subtus violascens, squamis laxis magnis vestitus.

Caput squamis nudum vertice gulaque nudis; mandibulæ eminentes, medio fissæ, crenis interdum in inferiore excrescentibus in dentes subulatos duos; labium superius longius, utrinque dente canino conico armatum; linea lateralis recta duplex, altera dorso propior a nucha ad pinnae dorsalis basin, altera media, a medio latere ad caudam procedens; pinnae pectorales flavescentes; dorsalis & analis violascentes coriaceæ; caudalis violacea lunata.

Schlosse-ri. 7. *Sc. aureus, maculis utrinque 5 fuscis, dorso fuscescente, cauda subæquali.*

Pall. spic. 700l. 8. p. 41. Br. 4. D. 4 P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 17.

13-15

Habitat in Java, cyprini rutili mediocris magnitudine, compressus, latus, totus squamis magnis tectus.

Caput corpore paulo crassius, supra planiusculum; oculi magni, iride fulva; os adscendens; mandibula inferior longior; palatum osseum, fornice carinato, scabrum; lingua plana, acuta, apice libera; pinnae pectorales acuminatae, ventrales triangulares membranæ perpendicularis ope abdomini nexæ, squama lanceolata utrinque freno apposita; pinna dorsalis basi subcar-nosa, per dimidium dorfi extensa.

166. LABRUS. *Caput: Dentes acuti. Labia simplicia.*

Membrana branchiostega radiis sex. Opercula squamosa.

Corpus: Dorsalis pinnæ radii postice ramento filiformi aucti; pectorales acuminatæ. Linea lateralis recta.

* *cauda bifurca.*

Scarus. 1. L. appendicibus transversis ad caudæ latera. †

Art. syn. 54. Scarus auctorum.

Habitat in Græciæ littoribus, Siciliam tetus, hodie obscurus, sub Tiberio Claudio in deliciis, ruminans, jecinora in Vitellii, patina s. clypeo Minervæ.

cretensis. 2. L. dentibus 4, virescens.

Art. gen. 34. syn. 57. †

Habitat in Candia & adjacentibus.

Anthias. 3. L. totus rubescens. *Art.*

syn. 54.

D.¹⁰/₁₇.

Catesb. Carol. 2. p. 25. t. 25.

Anthea IV, Rondel.

Habitat in Europa meridionali & America.

Opercula serrata, nonne perca?

Hepatus. 4. L. maxilla inferiore longiore, lineis utrinque transversis nigris. *Art. gen. 35.*

syn. 53.

D.¹⁰/₂₇. P. 13. V. 6. A. 9. C. --

Habitat in mari mediterraneo.

Pinna dorsalis post radios spinosos supra macula nigra notata.

griseus. 5. L. cauda subbifida, corpore subgriseo. †

Catesb. Car. 2. p. 9. t. 9.

*Turdus pinnis branchialibus carens. **

Habitat in America.

Catesbæus sine pinnis pectoralibus pinxit, an rite?

lunaris. 6. L. pinna caudali medio truncata, dorsali anique linea purpurea, labiis plicatis.

D. $\frac{8}{23}$. P. 15. V. $\frac{2}{3}$. A. $\frac{2}{17}$. C. 16.

Gron. mus. 2. n. 180. t. 6.

f. 2. Labrus oblongus, cauda bifurca, capite purpurascente.

D. $\frac{8}{22}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 14.

Habitat in America australi & India!

Gallus. 42. L. pinna caudali medio truncata, dorsali anique linearibus basi violaceis, labio inferiore utrinque uniplicato.

Br. 5. D. $\frac{1}{22}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 15.

14-15

Forsk. Fn. arab. p. 26. n. 11.

Scarus Gallus.

Habitat in Arabiæ littore, pro venenatissimo habitus, obscure viridis, per totum corpus lineis violaceis pictus, abdominis vittis duabus cæruleis, intermedia viridi, squamis laxis, striatis, margine membranaceis, fascia transversa purpurea pictis, tectus.

Oculi remoti, iride viridi, ad marginem pupillæ rubri; dentes in unam seriem dispositi, medii majores remoti, reliqui contigui; linea lateralis subramosa, versus finem pinnae dorsali deorsum flexa. Pinnæ pectorales, ovatae, cæruleae, medio violaceae; ventrales cæruleae, radio secundo in longum filum terminato; dorsalis & analis margine exteriori cæruleae, extus virides; caudalis medio flava, versus latera violacea, margine cærulea.

purpureus. 43. L. pinna caudali medio truncata, dorsali anique vita ad basin longitudinali purpurea repanda pictis.

Br. 5. D. $\frac{8}{22}$. P. 15. V. $\frac{2}{3}$. A. $\frac{2}{12}$. C. 12.

Forsk. Fn. arab. p. 25. n. 12.

Scarus purpureus.

Habitat frequens inter corallia Arabici littoris, sapidus, sesquipedalis, lanceolato-truncatus, squamis latis, rhombeis, striatis, laxè imbricatis vestitus, obscure viridis, vittis utrinque 3 purpureis, subtus cæruleus.

Vertex convexus nudus, fuscus, ante oculos parvos, remotos, iride purpurea instructos triangulo utrinque purpu-

reos; labia obtusissima æqualia, superius protrahile; dentes validi in unam seriem digesti, mediū 2 majores, remoti; ante nares transversas foramen rotundum cuneo cirro; opercula branchiarum nuda, macula quadrata, & posteriorum margine posteriori purpureis; pinnae pectorales & dorsalis viridis, illarum apex macula magna lunari nigra notatus; analis & ventrales cæruleæ, caudalis viridis, maculis purpureis; linea lateralis ramosa; ceterum, qualis in gallo.

Pfittacus. 44. L. pinna caudæ medio truncata, pinnarum margine, vitta abdominali, characteribusque capitis cæruleis.

Br. 5. D. $\frac{20}{25}$. P. 13. V. $\frac{2}{2}$. A. 21. C. 12.

Forsk. Fn. arab. p. 29. n. 16.

Scarus Pfittacus.

Habitat in Arabiæ littore, virescens, lineis flavicantibus in capite pluribus cæruleis pictus, squamis striatis vestitus.

Oculi parvi, remoti; mandibulæ ex duobus ossibus constata; inferior dente utrinque 1, superior 3 armata; branchiarum operculum laxis squamis tectum; linea lateralis ramulosa duplex; prior dorso propior, altera media; pinnæ purpureæ, dorsalis radiis 9 primis simplicibus, non spinosis.

niger. 45. L. cauda medio truncata, gulæ vitta longitudinali obscure viridi.

Br. 5. D. $\frac{20}{20}$. P. 14. V. $\frac{2}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 13.

Forsk. Fn. arab. p. 28. n. 14.

Scarus niger.

Habitat in Arabiæ littore, purpureo similis, at ex nigro fuscus, capite lineis ex fusco virescentibus picto.

Mandibulæ, medio fissæ, submobiles, capitis lituræ, pinnarumque margo exterior ex viridi cærulea; labia margine rubra, dein ex fusco virentia; in superiore dentes canini 2 patuli albi; pinnæ ex fusco violaceæ, pectorales obscure ferrugineæ, basi fuscae; cauda virescens, angulis lanceolatis.

Chanus. 46. L. capite utrinque rivulis 3 cæruleiscentibus, quadrato cæruleo sub oculo.

Forsk. Fn. arab. p. 36. n.

32.

D. $\frac{10}{25}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 17.

PISCES THORACICI. Labrus.

Habitat Constantinopoli *supra* fuscus, *subtus* albidus.
Mandibula inferior longior; inter oculos sulci 2 pone divergentes; branchiarum opercula anteriora pone serrata, posteriora pone tridentata; pinnæ pectorales, ventrales & analis flavæ; dorsalis & caudalis rubro-maculatæ.

opercula-7. L. corpore fasciis 10, maculæque operculorum fuscis. *Amœn. acad.* 4. p. 248. *D.* $\frac{13}{20}$. *P.* 16. *V.* $\frac{1}{3}$. *A.* $\frac{11}{28}$. *C.* 16.
Habitat in Asia.

Pavo. 8. L. viridi, cæruleo, sanguineo canoque varius.
Art. gen. 34. *syn.* 55. Labrus pulchre varius, pinnis pectoralibus rotundatis.
Hasselq. it. 344. n. 77. Labrus Pavo. *D.* 31. *P.* 14. *V.* 6. *A.* $\frac{3}{12}$. *C.* 16.
Habitat in mari mediterraneo, ad Syriam.

auritus. 9. L. operculis branchiarum pinniformibus. *D.* $\frac{19}{22}$. *P.* 15. *V.* 6. *A.* $\frac{1}{13}$. *C.* 17.
Catesb. Car. 2. p. 8. t. 8. f. 3.
Perca fluviatilis gibbosa, ventre luteo?
Habitat in America septentrionalis aquis dulcibus. *D.* Garden.
Oculorum iris lutea; branchiarum opercula apice membranaceo elongato, obtuso, nigro; cauda biloba.

trichopterus. 47. L. pinnis ventralibus unibradiatis. *Pall. spic. zool.* 8. p. 45. *D.* $\frac{4}{11}$. *P.* 9. *V.* 1. *A.* $\frac{4}{22}$. *C.* 16.
Koelreuter nov. comm. Petrop. IX. p. 452. n. 7. t. 10. f. 1. Sparus, &c.
Habitat in oceano indico, 4 fere pollices longus, posterius carinatus, obsolete fusco pallidoque undulatus, in latere corporis medio & ad basin caudæ macula utrinque orbiculari ex fusco nigra, halone dilutiori cincta, notatus.
Caput minusculum, totum squamis tectum, pallidum, fusco-maculatum; oculi mediocres iride aurea; os parvulum ascendens, mandibulis emissilibus margine scabris; anus ad thoracem; linea lateralis prope caudam subinterrupta; pinnæ pectorales tenues pallidæ; reliquæ fuscæ; analis & caudalis rotundato-biloba, albo-punctatæ.

10. L.

falcatus. 10. L. pinna dorsali analique radiis quinque primis inermibus falcata.

D. $\frac{7}{27}$. P. 17. V. 5. A. $\frac{1}{20}$. C. 20.
Habitat in America, bramae latitudine, argenteus. Mus. de Geer.

Dentes acuti; radiorum pinnæ dorsalis & analis mollium, 5 primi elongati, sequentibus æqualibus, unde hæc pinnæ falcata; ventrales parvæ.

rufus. 11. L. cauda lunata, corpore toto fulvo. Loeffl.

Catesb. Car. 2. p. 11. t. 11.

Turdus flavus.

Habitat in America.

D. 23. P. 17. V. 6. A. 12. C. 16.

zeylanicus. 47. L. cauda lunata, corpore supra viridi, subtus pallide purpureo. Ind. zool. t. 13.

f. 3.

Habitat in Zeylon, $1\frac{1}{2}$ pedem longus, edulis.

Caput cæruleum; branchiarum operculum viride, lineis purpureis varium; pinnæ pectorales media macula purpurea, margine cælestina, ventrales cæruleæ, dorsalis & analis ex purpureo cærulescentes margine virides; cauda medio flava, utrinque rubro striata, basi cærulea.

Oyena. 48. L. corpore argenteo, radiis dorsalibus 2-5 subinermibus. Forsk. Fn. arab.

p. 35. n. 29.

D. $\frac{9}{15}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{10}$. C. 16.

Habitat in Arabia arena littorea, ultra 6 pollices longus, squamis latis margine rotundatis, medio striatis, vestitus, oblongus, abdomine recto, vittis interdum rubris interruptis pictus.

Labia æqualia, superius protrahibile; dentes numerosi brevissimi; linea lateralis dorso propior, fere parallela; cauda surgens, biloba: lobis lanceolatis; pinnæ glaucæ.

** Cauda integra (secundum spinas dorsales enumerati.)

Hiatula. 12. L. pinna anali nulla.

Br. 5. D. $\frac{17}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. 0. C. 21.

Habitat in Carolina, fasciis nigris. 6-7 pictus. Garden.

Labium retrahibile, intus rugosum; dentes in mandibulis lanarii, in palato orbiculati; branchiarum operculum

Tom. I. Pars III.

Oooo

PISCES THORACICI. Labrus.

anterioris margine punctatum; pinna dorsalis fere longitudinalis, radii spinosis aequalibus, posterius nigra.

- marginalis. 13. L. subfuscus, margine pinna-
narum dorsi pectoralium-
que fulvo. *Loefl. it. 103.*
Habitat in Pelago. D. $\frac{2}{12}$.P.17.V.6.A. $\frac{3}{12}$.C.17.
- ferrugineus. 14. L. ferrugineus immacula-
tus.
Habitat in India. D. $\frac{2}{28}$.P.16.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{3}{17}$.C.17.
- Julis. 15. L. lateribus cærulescenti-
bus, vitta longitudinali
fulva utrinque dentata.
*Mus. Ad. Fr. 2. p. 75.**
Art. gen. 34. syn. 53. Labrus
palmaris varius, dentibus
duobus majoribus maxil-
lae superioris.
Gron. mus. 2. n. 184. Labrus.
oblongus nigricans, late-
ribus linea alba utrinque
sinuata varius, cauda in-
divisa.
*Habitat in mari mediterraneo & rubro, europæorum facile
pulcherrimus.* D. $\frac{2}{27}$.P.13.V. $\frac{1}{6}$.A.13.C.12.
D.21.P.14.V.6.A.14.C.--
- paroticus. 16. L. linea lateri curva, pin-
nis rufis, operculis cya-
neis. *Mus. Ad. Fr. 2.*
*p. 76.**
Habitat in India. D. $\frac{2}{21}$.P.12.V.6.A.14.C.14.
- suillus. 17. L. pinna dorsali ramentacea,
macula nigra supra cau-
dam, spinis dorsalibus 9.
Fn. succ. 330.

Labri, quorum species nonnullæ certis anni temporibus, an a comestis rodentibus mol-
luscis? venenata, difficilius sæpe a sparis & scaris d. gnoscuntur, dentibus validis,
incisoribus in utraque mandibula, in superiori præterea molaribus, & canino
ut. inque, reliquis duplo majore; lineâ laterali ramosa, dorso & abdomine
curvata.

It. wgoth. 179. Sparus
Bergfnyltra. D. $\frac{2}{17}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{10}$. C. 14.
Habitat in oceano europæo.

striatus. 18. L. pinna dorsali ramentacea, lineis albis fuscisque.
Mus. Ad. Fr. 2. p. 77. * D. $\frac{10}{27}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 12.
Habitat in America.

Guaza. 19. L. fuscus, cauda rotundata, radiis membranam superantibus. *Loeffl. it.* 104. D. $\frac{11}{27}$. P. 16. V. 6. A. 13. C. 15.
Habitat in pelago.

ocellaris. 20. L. pinna dorsali ramentacea, oculo in medio ad basin caudæ. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 78. * D. $\frac{14}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 13.

Tinca. 21. L. rostro sursum reflexo, cauda in extremo circulari. *Art. gen.* 33. *syn.* 56. D. $\frac{11}{24}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{1}{13}$. C. --
Rondel. pisc. 179. *Gesn. aq.* 1019. Turdorum undecimum genus.
Will. icht. 319. Turdus vulgarissimus.
Bell. aq. 348. Vieille, Poule de mer, Gallot.
Brit. zool. 3. p. 203. n. 1.
Raj. pisc. 136. Wrasse.
Habitat in maris britannici profundis scopulosis, ad 5 libras ponderosus, testaceis & crustaceis vicatans, nunc sordide ruber, obscure adumbratus; nunc striis multis cæruleis, rubris & flavis elegantissime pictus.

bimaculatus. 22. L. pinna dorsali ramentacea, macula fusca in latere medio & ad caudam
Brit. zool. 3. p. 205. n. 2.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 66. Sciaena macula fusca in medio corporis & supra basin caudæ. D. $\frac{15}{20}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. --
Habitat in mari mediterraneo & britannico.

0000 2

- punctatus. 23. L. pinna dorsali ramentacea, lineis parallelis fusco-punctatis.
Mus. Ad. Fr. I. p. 66. Sciaena lineis longitudinalibus plurimis fusco-punctatis. D. $\frac{15}{24}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{19}$. C. 16.
Gron. mus. I. n. 87. Labrus brunneus, officulo secundo pinnarum ventralium feriformi. D. $\frac{15}{23}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 18.
Habitat Surinami.
- Melops. 24. L. pinna dorsali ramentacea anique variegata, lunula fusca pone oculos. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 78.** D. $\frac{16}{23}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $-\frac{1}{12}$. C. 12.
Habitat in Europa australi.
- niloticus. 25. L. pinnis dorsali, ani caudaeque nebulatis. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 79.** D. $\frac{17}{30}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 20.
Hasselq. it. p. 346. n. 78. Labrus niloticus. D. $\frac{17}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 20.
Habitat in Aegypto.
- offifagus. 26. L. labiis plicatis, pinna dorsali radiis 30. D. $\frac{17}{31}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 13.
Habitat in Europa.
- rupestris. 27. L. pinna dorsi ramentacea, antice macula fusca. *Mus. Ad. Fr. I. p. 65. Sciaena margine superiore caudae macula fusca notato.* D. $\frac{17}{25}$. P. 14. V. $\frac{2}{3}$. A. $\frac{1}{18}$. C. 13.
Ström söndm. 291. Carudse. D. $\frac{17}{26}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{14}$. C. ---
Habitat in mari norwegico ad littora.
- Onitis. 28. L. pinna dorsali ramentacea, abdomine cinereo fuscoque maculato. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 79.** D. $\frac{17}{27}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{14}$. C. 14.
- viridis. 29. L. viridis linea utrinque caerulea. *Art. gen. 34.* D. $\frac{18}{30}$.
Habitat in mari mediterraneo.

- luscus. 30. L. pinnis omnibus flavis, palpebra superiore nigra. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 80.* $D. \frac{18}{11}. P. 14. V. 6. A. \frac{1}{4}. C. 14.$
- livens. 31. L. cauda rotundata, pinna dorsi ramentacea, corpore fusco-livido. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 80.* $D. \frac{18}{10}. P. 14. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{2}. C. 11.$
Habitat in mari mediterraneo, ad pedem usque longus.
- Turdus. 32. L. oblongus viridis, iride aurea. *Art. gen.* 34. *syn.* 57. $D. \frac{19}{32}.$
Brünn. pisc. mass. p. 51. n. 67. Labrus oblongus viridescens maculatus, pinnae dorsalis radiis ultimis infra basi nigris. $Br. 5. D. \frac{18}{33}. P. 14. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{2}. C. 13.$
Habitat in mari europeo, vix pedem longus, nunc viridis, pinnis pectoralibus pallide lutescentibus, ventralibus caeruleis; nunc saturatius viridis, infra lineam lateralem nitens, maculis in mento aureis, medio albis; nunc supra luteus, guttis albis vel margaritaceis, subtus argenteus, venis rubris.
- exoletus. 33. L. pinna dorsali ramentacea, corpore lineis carneis, pinna ani spinis 5. *Fn. suec.* 331. *Müll. prodr. zool. dan.* 386. *O. Fabr. Fn. groenl. p. 166. n. 120.* $D. \frac{12}{23}. P. 13. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{3}. C. 13.$
Ström. söndm. 267. n. 3.
Habitat in oceano atlantico, norwegico, rarior in groenlandico.
- chinensis. 34. L. pinna dorsali ramentacea, corpore livido, vertice retuso. $D. \frac{12}{24}. P. 13. V. \frac{1}{6}. A. \frac{1}{2}. C. 12.$
Habitat in Asia.
- japonicus. 49. L. flavissimus. *Houttuyn ad. Haarl. XX. 2. p. 324.* $D. \frac{10}{21}. P. 16. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{2}. C. 18.$
Habitat in Japonia, 6 pollices longus.
- Boops. 50. L. maxilla inferiore longiore, pinnis dorsalibus 2.

PISCES THORACICI. Labrus.

Houttuyn ad. Haarl. XX.

2. p. 326. n. 14.

D. $\frac{5}{11}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 22.

Habitat in Japonia, oculis prægrandibus, dentibus in mandibula inferiore magnis, acutis.

Cromis. 35. L. pinnis dorso subunitis, analis radio secundo validissimo.

D. 10. - $\frac{1}{22}$. P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{7}$. C. 19.

Brown jam. 449. Cromis subargenteus oblongus, radiis anterioribus dorsalis ægre pungentibus.

Raj. pisc. 96. Coracinus brasiliensis.

Marcgr. bras. 177. Guatucupa.

Habitat in Carolina, perca fluviatilis statura, fasciis fuscis. D. Garden. Drum.

Branchiarum opercula unidentata non serrata; pinnæ analis radius primus rigidus brevissimus, alter magnus crassissimus compressus.

linearis. 36. L. oblongus, pinnæ dorsalis radio ultimo inermi.

Amæn. acad. I. p. 315.

D. $\frac{20}{27}$. P. 12. V. $\frac{2}{3}$. A. 15. C. 12.

Habitat in America australi & India.

Perdica. 51. L. cauda æquali, dorso recto, vertice glabro, vittis utrinque dentatis albido-flavicantibus. *Forsk. Fn. arab. p. 34. n. 26.*

D. $\frac{8}{27}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{5}$. C. 14.

Habitat Constantinopoli.

Caput supra fuscum, subtus ex albo rufescens; branchiarum opercula posteriora inermia in angulum rotundatum apice cæruleum exeuntia; linea lateralis continua, superne serrato-dentata; pinnæ ventrales totæ liberæ; dorsalis & analis rubicundæ; pectorales basi macula cærulea notatæ.

Scina. 52. L. corpore virescente nebulis albis flavisque, fovea inter oculos impressa, & ante foveam sulco. *Forsk. Fn. arab. p. 36. n. 30.*

D. $\frac{11}{31}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 15.

Habitat Constantinopoli, subtus albus, rivulis flavis, abdomine recto.

Oculi iride viridi; dentes medii maximi; branchiarum opercula anteriora pone serrulata, posteriora inermia; linea lateralis interrupta; pinnæ pectorales flavescentes immaculatæ, reliquæ obscure flavescentes, cæruleo-maculatæ.

Lapina. 53. L. pinnis pectoralibus flavis, ventralibus cæruleis, reliquis violaceis cæruleo-maculatis. Forsk. Fn.

arab. p. 36. n. 31.

D. $\frac{14}{27}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 15.

Habitat Constantinopoli, ex ovali oblongus, supra fuscus, subtus albicans, ad latera ex flavo virescens, lineis utrinque tribus, singulis ex duplici macularum rubrarum ordine constatis pictus.

Caput ad latera maculis rubris, sub oculo rivulo cæruleo-varium, ante nares gibbo obliquo inæquale; oculi iride cærulea; branchiarum opercula anteriora pone serrata, posteriora emarginata.

ramento- 54. L. fusco virescens, ramentis spinarum dorsali-
fus. primarum radio duplo longioribus. Forsk. Fn.

arab. p. 34. n. 28.

Br. 5. D. $\frac{9}{27}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 12.

Habitat in Arabiæ littore, lanceolatus, in pinnis, vertice, sub oculis violaceo maculatus, interdum lætius virescens, squamis magnis, integris, rotundatis, a ventre ad dorsum in 9 ordines dispositis tectus.

Oculi iride supra infraque fusca, ad latera flava; labia æqualia, superius protrahibile; præter dentium parvorum seriem in utriusque mandibulæ medio incisores 4; reliquis quadruplo majores; branchiarum opercula anteriora pone recte, valde dentata, posteriora inermia; linea lateralis elevata, continua, sursum ramulosa, dorso propinqua, parallela.

ocellatus. 55. L. virescens ocello coc-
neo pone utrumque ocu-
lum. Forsk. Fn. arab.

p. 37. n. 33.

D. $\frac{14}{24}$. P. 11. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 15.

Habitat in Syriæ littore, subovatus, dorso ex fusco flavescente, capite rivulis cæruleis vario.

Oooo 4

Branchiarum opercula macula cærulea, oblonga, obliqua, circulo coccineo cincta notata, a qua supra & infra linea coccinea procedit, anteriora pone truncata serrulata, posteriora pone inermia; cauda linearis.

innulatus. 56. L. fusco-virescens, fasciis obscurioribus, squamis singulis fascia ferruginea, capite pectoreque rubroguttato. Forsk. Fn. arab.

p. 37. n. 34.

Br. 5. D. $\frac{2}{20}$. P. 12. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 13.

Habitat in Arabiae littore, pedem longus, squamis latis, integris, excavato striatis tectus, purpureo affinis.

Caput compressiusculum; oculi iride ex fusco virente; branchiarum opercula versus basin gutta rubra; posterius in membrana marginali ut plurimum lunula fulva utrinque obtusa, nigro colore cincta notata; membrana branchiostega virens, maculis 2 fulvis varia; linea lateralis interrupta; pinnæ pectorales rotundatæ flavae, reliquæ virides, radiorum interstitiis rubris, vel rubromaculatis; cauda rotunda.

trimaculatus. 57. L. ruber, maculis 2 utrinque ad basin pinnæ dorsalis, tertiaque inter hanc & caudam.

Brit. Zool. 3. p. 206. n. 3.

Trimaculated Wrasse. Br. 5. D. $\frac{11}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. -

Habitat ad insulam Anglesea, 8 pollices longus, oblongus, cauda pinnisque pectoralibus rotundatis.

variegatus. 58. L. ruber, striis lateralibus parallelis olivaceis 4, totidemque cæruleis.

Brit. Zool. 3. p. 207. n. 4.

Striped Wrasse.

Br. 5. D. $\frac{17}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. -

Habitat prope insulas Skerry, 10 pollices longus, oblongus; an vere hujus generis?

Labia magna, duplicata; branchiarum opercula cinerea, flavo-striata; pinna dorsalis ad ortum cærulea, medio alba, ceterum rubra; pinnæ pectorales basi macula olivacea notatæ; pinnæ ventrales & analis apice cæruleæ; cauda subrotundata, altera parte cærulea, inferiori flava.

gibbus, 59. L. cæruleo aurantioque varius, cauda rotundata, macula supra oculos femilunari obscura.

Brit. zool. 3. p. 208. n. 5.

Gibbous Wrasse.

D. $\frac{16}{2}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{4}$. C. —

Habitat ad Anglesea, 8 pollices longus, percis affinis, squamis magnis vestitus.

Caput anterior declive; oculi mediocres; branchiarum opercula anteriora ferrulata; dorsum valde arcuatum; pinnæ dorsalis & analis thalassina nigro-maculata; pectorales flavæ, basi transversim rubro-striatæ; ventrales & caudalis magna rotundata pisorum virescunt.

olivaceus, 60. L. corpore viridi-olivaceo, operculorum apice cæruleo, macula caudali nigra. *Brünn. pisc. massil.*

p. 56. n. 71.

Br. 5. D. $\frac{11}{2}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{4}$. C. 12.

Habitat in mari mediterraneo, oblongus, compressus, 2 pollices longus, subtus in argenteum colorem vergens.

Caput acutum in argenteum colorem inclinans; oculi iride smaragdina; dentes incifores acuti; intermedii remoti; operculum branchiarum anterior valde ferratum, posterioris macula ad apicem cærulea, annulo coccineo cincta; pinnæ corpori concolores; caudalis rufescens.

fuscus, 61. L. corpore fusco, lineis maculisque cæruleis. *Brünn.*

pisc. mass. p. 56. n. 72. Br. 5. D. $\frac{15}{2}$. P. 12. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{4}$. C. 13.

Habitat in mari mediterraneo, 3 pollices longus, compressus, oblongus, subtus albicans.

Caput acutum, rivulis cæruleis pictum; oculi iride albida, intus spadicea; os parvum; dentes subacuti; operculum branchiarum anterior ferratum; linea lateralis leviter arcuata, posterior sinuosa; pinnæ dorsalis & caudalis fusca, cæruleo-maculata; pectorales rufæ, apice cærulea; ventrales rubra immaculata; analis rufescens cæruleo-punctata.

unimaculatus, 62. L. corpore olivaceo lineato, pinnæ dorsali postice nigro unimaculata. *Brünn.*

pisc. mass. p. 57. n. 73. Br. 5. D. $\frac{14}{2}$. P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 13.

β) L. ex obscure rubro & viridescente argenteo quasi reticulatus. *Brünn. pisc. mass. p. 97. n. 10.* Br. D. $\frac{11}{27}$. P. 14. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 13. *Habitat in mari mediterraneo, β) adriatico, ovatus compressus, 3 pollices longus, lineis pallide cæruleis longitudinalibus parallelis rectis circiter 10 pictus.* Oculi iride ex rubescente albida, circulo interiore rubro; dentes in unam seriem dispositi, anteriores majores; branchiarum operculum anterius ferratum; pinnæ pectorales cærulescentes.

venosus. 63. L. viridis, venis rubris anastomosantibus, macula operculorum pinnæque dorsalis nigra. *Brünn. pisc. mass. p. 58. n. 74.* Br. 5. D. $\frac{11}{27}$. P. 13. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 13. *Habitat in mari mediterraneo, 3 pollices longus, ovatus, compressus.* Caput ad latera lineis quibusdam rubris longitudinalibus pictum; pinnæ dorsalis fascia & ramenta rubra.

griseus. 64. L. corpore griseo obscurius punctato, macula baseos caudæ nigra. *Brünn. pisc. mass. p. 58. n. 75.* Br. 5. D. $\frac{14}{27}$. P. 13. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 13. *Habitat in mari mediterraneo, oblongus, compressus, 3 pollices longus.* Genæ lineis raris cæruleis pictæ; oculi iride viridi; os parvum; dentes parvi, anteriores majores; pinnæ rubicundæ, maculis obscure luteis; caudalis versus basin lutescens.

guttatus. 65. L. corpore rubescente nigro-vario, macula in medio baseos pinnæ caudalis. *Brünn. pisc. mass. p. 59. n. 76.* Br. 5. D. $\left. \begin{array}{l} \frac{11}{27} \\ \frac{11}{27} \end{array} \right\}$ P. $\left. \begin{array}{l} 13 \\ 14 \end{array} \right\}$ V. $\frac{1}{8}$. A. $\left. \begin{array}{l} \frac{1}{13} \\ \frac{1}{14} \end{array} \right\}$ C. 17. *Habitat in mari mediterraneo, 3 pollices longus, guttis minutissimis albis in ordines dispositis maculisque nigris adspersus, compressus, oblongus.* Oculi iride viridi; sub utroque lineæ 2 nigrae obliquæ; pinnæ rufescentes, analis guttis albis conspersa; hæc & ventrales interdum virides.

adriaticus. 66. L. corpore transversim fasciato, pinna dorsali antice decemspinosa, postice nigro - ocellata. *Brünn. pisc. mass. p. 98. n. 11.* D. $\frac{10}{22}$. P. 14. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{1}{3}$. C. 17.

Habitat in mari adriatico circa Spalatum, 3 pollices longus, pallidus, fasciis 4 fuscis latis pictus.

Caput lineis fulvis obliquis varium; oculi iride flavescente; dentes subtiles; branchiarum operculum antierius serratum; pinnæ ventrales & ani nigrae, hæc apice flava.

*** *Cauda integra (spinis dorsalibus adhuc ignotis.)*

cornubius. 67. L. macula prope caudam magna, pinnæque dorsalis radiis primis nigrae, cauda æquali.

Goldfinny Cornubiensium.

Brit. zool. 3. p. 209. n. 6.

Raj. pisc. p. 163. f. 3.

Habitat in Cornubiæ littore, tinca affinis, palmæ longitudine.

Comber. 68. L. corpore miniato, cauda rotundata.

Comber. *Brit. zool. 3. p.*

210. n. 7. Raj. pisc. p. 163.

f. 5.

Habitat in Cornubiæ littore, exiguus, oblongus.

Coquus. 69. L. purpureus & obscure cæruleus, subtus flavus, cauda rotundata.

Cock Cornubiensium. *Brit.*

zool. 3. p. 210. n. 8. Raj.

pisc. p. 163. f. 4.

Habitat in Cornubiæ littore, interdum frequentissimus, parvus.

mixtus. 37. L. e flavo cæruleoque varius, dentibus anterioribus majoribus. *Art. gen.*

34. syn. 57.

Habitat Liburni, an a pavone diversus?

- fulvus. 38. L. corpore fulvo.
Catesb. Car. 2. p. 10. t. 10.
f. 2. Turdus cauda con-
vexa.
Habitat in America.
- varius. 39. L. e purpureo, viridi, cæ-
 ruleo nigroque varius.
Art. gen. 35. syn. 55.
Habitat in mari mediterraneo.
- Merula. 40. L. cæruleo-nigricans. *Art.*
syn. 55.
Habitat in Europa.
- Cynædus. 41. L. luteus, dorso purpureo,
 pinna a capite ad caudam
 continuata. *Art. syn. 56.*
Habitat in mari mediterraneo.

167. SCIÆNA. *Caput totum squamis obtectum.*
Membrana branchiostega radiis
sex. Opercula squamosa.
Corpus: Fossula dorsi pro pinna
dorsali recondenda.

- Cappa. 1. Sc. capitis lateribus squama-
 rum ordine duplici. *Mus.*
*Ad. Fr. 2. p. 81.** $D.\frac{1}{2}\frac{1}{3}.P.16.V.\frac{1}{2}.A.\frac{1}{2}.C.17.$
Habitat in mari mediterraneo.
- Lepisma. 2. Sc. pinna dorsali intra 2 fo-
 lia squamea recondenda. $D.\frac{1}{2}\frac{10}{9}.P.11.V.\frac{1}{8}.A.\frac{1}{11}.C.13.$
Habitat - - - -
- unimacu- 3. Sc. macula fusca in medio
 lata. utriusque lateris. $D.\frac{1}{2}\frac{11}{11}.P.15.V.\frac{1}{8}.A.\frac{1}{12}.C.17.$
Habitat in mari mediterraneo.
- Umbra. 4. Sc. nigro-varia, pinnis ven-
 tralibus integerrimis. *Art.*
gen. 39. syn. 65. Mus. Ad.
*Fr. 2. p. 81.** $D.11-24.P.17.V.\frac{1}{8}.A.\frac{1}{3}.C.--$
Hasselq. it. 352. n. 80. Sciæ-
na umbra. $D.10-26.P.18.V.\frac{1}{8}.A.\frac{1}{3}.C.18.$
Habitat in mari mediterraneo, infero, adriatico.

- Cirrofa.** 5. Sc. maxilla superiore longiore, inferiore cirro unico. *Art. gen.* 38. *syn.* 65. D. $\frac{2}{4}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. ---
Gron. mus. 1. n. 92?
Habitat in mari mediterraneo & infero.
- Hamrur.** 6. Sc. cupreo-rubra, pinnis obscurioribus, ore subverticali, squamis margine membranaceis. *Forsk. Fn. arab.* p. 45. n. 44. D. $\frac{10}{24}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{5}$. C. 16.
Habitat in Arabiæ littore, oblonga, squamis parvis vestita. Oculi pupilla hyalina, iride miniata; labium superius protrahibile; dentes in utraque mandibula parvi, rigidi, subulati, æquales, remoti, superioris spatulo vacuo; faux dentium serie armata; branchiarum opercula anteriora pone & subius recta serrata, posteriora pone acuminata; linea lateralis juxta caput surgens, tum dorso parallela; pinnæ pectorales rubescentes ventralibus dimidio breviores; cauda recta protensa apice latior lunata.
- Fulvisama.** 7. Sc. flavicans, vittis longitudinalibus aureis, macula laterali nigra, pinnis dorsalibus convexis. *Forsk. Fn. arab.* p. 45. n. 45. Br. 7. D. $\frac{8}{8}$, $\frac{1}{15}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 15.
Habitat in Arabiæ littore, vittis 5-6 picta interdum obsoletis. Oculi iride aurea; dentes validi, remoti, conico-subulati; branchiarum opercula anteriora serrata, pone parum emarginata; linea lateralis dorso propinqua parum curva; pinnæ flavæ, dorsalis anterior fusca.
- Kasmira.** 8. Sc. flavescens, vittis utrinque cæruleis 4 majoribus. *Forsk. Fn. arab.* p. 46. n. 46. Br. 7. D. $\frac{10}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.
Habitat in Arabiæ littore. Vertex albus, vittis parvis, obsoletis, cæruleis, utrinque 7; oculi parum remoti, iride flava; labium inferius brevius; dentes conici; branchiarum operculum anteriorius in medio sinuatum, posterius inerme; linea lateralis squamis striata; pinnæ analis aculeus secundus tertio major; cauda lunata; prope hanc nonnunquam utrinque inter vittas media macula fusca magna.

Bohar.

9. Sc. rubens, lineis nebulisve albidis. *Forsk. Fn. arab.* p. 46. n. 47. Br. 7. D. $\frac{10}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. *Habitat in Arabia littore, Kashmiræ affinis, inter labròs, percas, sciænas ambigua, oblonga, squamis glabris tecta, viva maculis 2 magni in dorso, cum vita evanidis, varia.* Caput ante nares cirris 2 brevibus munitum; dentes mandibulæ superioris 2 subulati, extra inferiorem prominentes, inferioris mediî remoti; linea lateralis dorso propior; pinnæ dorsalis & analis pone rotundatæ, utriusque pars inermis squamata, hujus aculei gradatim majores; ventrales membranæ interventu adnexæ; cauda bifida.

gibba.

10. Sc. rubens, albo-guttata, dorso gibbo. *Forsk. Fn. arab.* p. 46. n. 48. *Habitat in Arabia littore, Bohar affinis, sed ovatus, squamis rubris, apice albis tectus.* Dentes superiores mediî contigui, canini distantes, reliquis duplo majores; pinnæ dorsalis & analis pone rectangulæ.

nigra.

11. Sc. tota nigra, ventre-fusco-albescente. *Forsk. Fn. arab.* p. 47. n. 49. Br. 7. D. $\frac{10}{18}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. *Habitat in Arabia littore, Bohar pariter affinis, squamis integerrimis tectus.* Vertex convexus nudus; oculi iride introrsum alba, extrorsum nigra; labia obtusa, superius protrahibile; mandibulæ dentibus fixis, remotis, subulatis, versus medium majoribus, in medio vacuæ; faux quoque dentibus numerosis parvis, fixis, densis armata; palatum album, glabrum; branchiarum opercula anteriora pone recurva, sinu profundo dentata; linea lateralis dorso propior & parallela; pinnæ pectorales apice falcata, ventralibus sesquilon-giores, basi squamata; cauda parum excisa.

argentata. 12.

- Sc. squamis supra nigricantibus, margine & apice argenteis, subtus rufescentibus, margine pallidis. *Forsk. Fn. arab.* p. 47. n. 50. Br. 7. D. $\frac{10}{24}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 18. *Habitat in Arabia littore; Bohar affinis.*

Caput litura curva cærulea sub oculo versus os decurrente insignitum; labium inferius longius; dentes inferiores laterales retrorsum ordine majores, infra illos setacei, in utraque mandibula multi; branchiarum opercula posteriora pone acutangula; pinnæ ex fusco rufescentes, dorsales glaucæ, margine rufescentes; analis spinæ gradatim longiores & majores.

rubra. 13. Sc. obscure rubra, vittis longitudinalibus utrinque 8 ex albo rubentibus, juxta dorsum obscure rubris, subtus albus. Forsk. Fn.

Arab. p. 48. n. 51. Br. 8. D. $\frac{1}{2}$, 7. P. 19. V. $\frac{1}{2}$. A. 14. C. 15.

Habitat in Arabiæ littore, squamis spinulosis vestita.

Vertex spinulis retroversis asper; oculi annulo osseo serrato-spinoso, anteriore bicorni cincti, iride rubra nitente; labium superius protractile; dentes setacei breves, densi; operculum anteriore undique spinosum, posterius pone tribus spinis hirtum, tertium parvum, quoque spinosum; pinnæ dorsales connexæ; prior albida, vittis 2 longitudinalibus rubris, altera brevior basi squamata; analis radii 2 primi spinosi parvi, tertius valde crassus; magnus; ventrales margine exteriori albido, posteriore nigro; caudalis medio flavicans, radiis utrinque 5 spinosis.

Murdjan. 14. Sc. labiis retusis. Forsk.

Fn. Arab. p. 48. n. 52. Br. 7. D. $\frac{10}{10}$, $\frac{1}{17}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 19.

β) Scizæna Abu Samf. Forsk.

Fn. Arab. p. 49. n. 55. Br. 8. D. $\frac{10}{10}$. P. 13. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

Habitat in Arabiæ littore, squamis latis dentatis tecta, rubræ similis, ex ovato oblonga, æneo-nitens, subtus pallidior.

Vertex planus, lineis 4 elatis, pone ramoso-frondosis; oculi annulo osseo, subtus lobato-denticulato cincti, iride rubra; labium superius protractile brevius; dentes minuti, multi, densi; lingua triangularis rubens, scabra; branchiarum opercula squamosa, serrato-dentata, posteriora pone uni-spinosa; linea lateralis supra dimidium corpus dorso parallela; pinnæ rubræ, caudalis bifida & ventrales margine exteriori albæ,

Sammara. 15. Sc. dorso rubro-æneo, lateribus argenteis, vittis

undique obscurioribus punctis ocellatis. Forsk.

Fn. arab. p. 48. n. 53. Br. 8. D. $\frac{10}{10}, \frac{1}{15}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 20.

Habitat in Arabiæ littore, dimidiam spithamam longa, Murdjan affinis, at ex lineari lanceolata subtus argentea, vittis utrinque decem picta, squamis lateralibus in medio ocello albido circulo nigro cincto notatis.

Branchiarum-opercula anteriora spina forti, posteriora pone spina duplici armata; pinnae pectorales rufescentes, ventrales albæ, dorsalis anterior, spinis in medio tribus; posterior hyalina, radio 2 & 3 rubro; analis hyalina, radio primo & ultimo rubro, illo inermi, hoc spinoso; caudalis hyalina, ad utrumque marginem rubra, radiis spinosis supra 6, infra 5.

Spinifera. 16. Sc. rubra, pinnis dorsalibus connexis, capite spinoso, operculi anterioris spina longissima. Forsk.

Fn. arab. p. 49. n. 54. Br. 8. D. $\frac{10}{10}, \frac{1}{15}$. P. 14. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 20.

Habitat in Arabiæ littore, 3 spithamas longa, utrinque pone oculos & ad basin pinnarum pectoralium macula obscuriore notata, squamis latis dentatis vestita.

Vertex binis linearum elevatarum fasciculis, pone oculos, ante oculos fossula longa profunda inæqualis; oculi annulo osseo spinoso cincti, iride rubra; branchiarum opercula anteriora serrata, infra spina forti alba munita, posteriore pone nuda, striata, margine spinosa; dorsum in regione colli gibbum; sub pinna altera declive; cauda linearis, pinna bifida.

Ghanam. 17. Sc. albida, lateribus utrinque vitta gemina alba.

Forsk. Fn. arab. p. 50. n. 56.

Habitat in Arabiæ littore, Murdjan affinis, operculis spinifera.

Linea lateralis dorso parallela, utrinque comitata vitta alba; alia vitta a vertice ad finem pinnae dorsalis excurrente ex guttis obscuris quincuncialibus conflata.

Sciænae genus medium inter labros & percas, nondum satis illustratum, & a vicinis discretum, species plures adhuc obscuræ.

Jarbuæ

Jarbuā. 18. Sc. argentea, vittis utrinque duabus curvis, in dorso in anulum confluentibus, dorsi medii macula, frontisque fasciis duabus nigris. *Forsk. Fn.*

arab. p. 50. n. 57.

$D. \frac{10}{20}$. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 17.

Habitat in Arabiæ littore, sub vitta utrinque linea fusca curva, in occipite & media cauda coeunte, & infra hanc alia flavida insignita.

Oculi iride cærulea; dentes subulati, simplices; linea lateralis curvata supra medium corpus; pinnæ dorsales maculis nigris, prima 2, altera 3, pectorales & analis ditura flava, longitudinali; caudalis lineis 4 fuscis variæ.

Stridens. 19. Sc. cæruleo-argentea, lineis utrinque longitudinalibus fuscis 3-5 picta.

$D. \frac{11}{17, \frac{1}{2}}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 16.

Habitat in Arabiæ littore, spithamam longa, herbis vicinatæ, & dum ex aquis extrahitur, stridens, Murdjan affinis.

Linea lateralis curva, dorso propior.

Gaterina, 20. Sc. flavido-cæruleo-nigro-guttata, maculis sparsis. *Forsk. Fn. arab.*

p. 50. n. 59.

Br. 7. D. $\frac{13}{17}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C. 17.

β) Sciæna Abu-Mgaterin, vittis fuscis utrinque quatuor, nigro guttatis, pinnis flavis. *Forsk. Fn. arab. p. 51.*

γ) Sciæna Sofat. *Forsk. Fn. arab. p. 51.*

δ) Sciæna Fætela. *Forsk. Fn. arab. p. 51.*

Habitat in Arabiæ littore inter corallia, 3 spithamās, β) digitum, γ) ulnam, δ) tres ulnas longā, insipida, γ) & δ) sapida, subtus immaculata.

Labia obtusa; pinguis; lingua alba; palatum rubrum; branchiarum opercula, ut in Murdjan; pinnæ pectorales & ventrales flavæ immaculatæ.

P p p p

argentea. 21. Sc. argentea, supra nigro-guttata, subtus immaculata. *Forsk. Fn. arab.*
p. 51. n. 60. Br. 7. D. $\frac{11}{11}$. $\frac{1}{10}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{11}$. C. 16.

Habitat in Arabiæ littore, squamis ciliatis vestita.

Vertex squamatus, lineis inter nares 2 elatis; oculi iride argentea, superne fusca; dentes multi, setacei, mobiles, conferti, extimi ordinis majores; pinnæ dorsales connexæ nigro-guttatæ, anterior rotundata, altera linearis; ventralès & analis rufescentes, apice acuminatæ; cauda surgens, subbifida.

nebuloſa. 22. Sc. nebulis longitudinalibus cæruleis & fusco-flavescentibus. *Forsk. Fn. succ.*
p. 52. n. 61.

D. $\frac{10}{20}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 17.

β) Sciæna vittis longitudinalibus obſoletis violaceis. *Forsk. Fn. arab.* p. 52.

Habitat in Arabiæ littore.

Caput declive; pinnæ ramentis auctæ; caudalis bifida.

Mahſena. 23. Sc. fusca lineata, fasciis transverſis nebulosis argenteis. *Forsk. Fn. arab.*
p. 52. n. 62.

D. $\frac{10}{20}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

Habitat in Arabiæ littore, ex ovato oblonga, squamis fuscis ramulis dentiformibus tecta, molluscis testaceisque vicinitans.

Vertex lævis, declivis; ante nares cirri conici; dentes in utraque mandibula 18 conici, validi, faucium setacei, molares obtusi lati; branchiarum opercula integerrima; pinnæ ramentis auctæ ex rubro violaceæ; caudalis bifida.

Harak. 24. Sc. virescens, pinnis pallide rubris, macula utrinque nigra lineari infra lineam lateralem. *Forsk. Fn. arab.* p. 52. n. 63.

D. $\frac{10}{21}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

Habitat in Arabiæ littore, Mahſenæ multum affinis.

Dentes incisores 4 in utraque mandibula, laterales retro obtusi, lati, demum hemisphærici, unius seriei; pone hos alii numerosi setacei, palatum rubrum; branchiarum operculum antè oculos squamatum; membrana

branchiostega integra, recta, rivulis elevatis; macula lateralis reſangula fuſco colore cinſa.

Ramak. 25. Sc. albido-vireſcens, lineis longitudinalibus obſoletis violaceo-flaventibus, pinnis rubentibus. Forsk. Fn. arab. p. 52. n. 64.

D. $\frac{10}{29}$.

Dib. β) Sciæna lamina tranſverſa membranacea in utraque maxilla. Forsk. Fn. arab. p. 53.

Habitat in Arabiæ littore, Mahſenæ præter colorem multum ſimilis.

Dentes mediū tantillum majores.

An huc etiam ſpectant piſces Arabum Suli, Djard, Mørk, Saka, Kerſit?

grando- 26. Sc. cæruleſcens, labio inferiori gibbo. Forsk. Fn. arab. p. 53. n. 65.

D. $\frac{10}{27}$.

Habitat in Arabiæ littore, Mahſenæ affinis, ex ovato oblonga, lineis obſoletis picta.

Oculorum interſtitium tuberculatum; labia carnoſa, papillis rubris; dentes inciſores in utraque mandibula 6, molares lati, plani, breves; branchiarum opercula integra; pinnæ violascentes, pectorales pallide rubræ, dorſalis & analis pone lobo auſa, caudalis bifida, radiatorum interſtitii a baſi ad apicem ſquamoſis.

cineraf- 27. Sc. cinereo-vireſcens, lineis cens. longitudinalibus flavis. Forsk. Fn. arab. p. 53. n. 66.

Br. 7. D. $\frac{11}{23}$. P. 18. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 15?

Habitat in Arabiæ littore, ex ovato oblonga, ſquamis integris, rhombis, albidis, ad baſin utrinque gutta ex ferrugineo flava notatis veſtita.

Dentes filiformes, in unam ſeriem diſpoſiti; branchiarum opercula integra, ſquamosa, pinnæ pectorales margine exteriori albæ; dorſalis & analis pars inermis elata, pone angulo acuminato oblique truncata.

Safgha. 28. Sc. oblonga argentea immaculata, cauda forficata.

Pppp 2

Forsk. *Fn. arab.* p. 53.

n. 67.

D. $\frac{8}{8}$.

Habitat in Arabiae littore.

Mandibulae dentatae, inferior longior; branchiarum opercula tenuiter serrata; pinnae dorfi binae.

armata. 29. *Sc. argentea*, spina inter caput pinnamque dorsalem rigida horizontali, cauda bifida. *Forsk. Fn. arab.* p. 53. n. 68.

Habitat in Arabiae littore, scombri facie, compressa, ex ovato acuminata.

Spina pone caput antrorsum prominens; linea lateralis recta; pinnae albæ, dorsalis & analis apice nigrae; caudalis tota fusca, interno margine albida.

168. PERCA. *Caput: Mandibulae inæquales, dentibus acutis incurvis armatae: Opercula triphylla, squamosa, lamina suprema serrata.*

Membrana branchiostega radiis septem.

Corpus: Linea lateralis cum dorso arcuata; squamæ duræ, asperæ; pinnæ spinosæ; anus caudæ propior quam capiti.

* *Pinnis dorsalibus 2 distinctis.*

fluviatilis.

1. *P. pinnarum dorsalium secunda radiis 16. Fn. succ. 332. Müll. prodr. zool. dan. p. 46. n. 388. Meidting ic. pisc. austr. t. 5. Art. gen. 39. syn. 66. spec. 74. Perca lineis sex transversis nigris, pinnis ventralibus rubris.*

Gron. mus. 1. p. 42. n. 96.

zooth. p. 91. n. 301, Per-

D. 14, 16. P. 14. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 17.

ca dorso dipterygio, lineis utrinque sex transversis nigris: capite lævi: operculis monachantis spinosis.

D.14,14.P.13.V.6.A.II.C.17.

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p. 66. n. 2. t. 52. Perca pinnana ani radiis 11.

D.15,14.P.14.V.5.A.II.C.25.

Klein miss. pisc. 5. p. 36. n. 1. t. 7. f. 2. Perca pinnis ventralibus duabus, areolis nigricantibus, &c.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 16.

Rondel. pisc. 2. p. 196.

Bellon. aq. p. 295. Perca.

Salvian. aq. p. 224. b. 226.

Gesn. aq. p. 689. icon.

anim. p. 302. Thierb. p.

168. b. Wulff. ichth. bo-

russ. p. 27. n. 33. Perca fluviatilis.

Jonst. pisc. p. 156. t. 29.

f. 8. Ruysch theatr. anim.

p. 107. t. 28. 29. f. 8.

Schwenkf. theriotr. files.

p. 440. Schonev. ichth. p.

55. Perca major.

Brit. zool. 3. p. 211. Will.

ichth. p. 291. Raj. pisc.

p. 97. Perch.

Marsigl. Danub. 4. p. 65.

t. 23. f. 2. Borstling,

Barschling.

Habitat in Europæ & Sibiria aquis dulcibus, etiam in mari caspio, ex viridi pulcherrime aurea, lineis transversis nigris, interdum ex atro viridibus aut cæruleis, rarissime deficientibus, ad 2 usque pedes longa, rarius longior, velocissime in certa aquæ altitudine natans, vitæ tenax, Aprilis & Majo, ad corpus acutum se affricando, ova pariens, unico partu ad 281000, insectis aquaticis, potissimum piscibus minoribus victitans, majorum iterum, anguillæ præsertim, anatum quoque, jam in ovo præda, carne sapida, & multiplici modo eduli. Vesica natatoria.

vera nulla ; ovarium unicum ; ex integumentis gluten coqui potest.

Oculi magni, iride cærulescente, intus flavo marginata ; nares his vicinæ duplices, ante eas pori 4 alii ; rictus amplus ; mandibulæ æquales ; dentes parvi ; palatum tribus locis ; faux 4 dentibus armata multis exilibus ; lingua brevis lævis ; branchiarum apertura ampla ; pinnæ dorsales violaceæ, prima radiis spinosis, macula ad finem nigra insignita, pectorales rubescentes, cetera rubræ.

america-37. P. rubra, pinnarum dorsali-
na. faliū secunda radiis 13.

Schoepf. Naturf. XX. p. 17. D. 9, $\frac{1}{3}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{2}$. C. 18.
Habitat in Americæ septentrionalis aquis subsalsis, fluviali affinis, at labio inferiore, gula, membrana branchiof- tega & operculi margine superiori rubris, macula ad finem pinnæ dorsalis lineisque transversis nullis dorso minus elevato, & radiorum in pinnis numero distincta.

Lucio-per-2. P. pinnarum dorsaliū se-
ca. cunda radiis 23. *Fn. suæ.*

332. *Müll. Zool. dan. prodr.*
p. 46. n. 391. *Meiding-
ic. pisc. austr. t. 1.*

Art. gen. 39. syn. 67. spec.
76. Perca pallide maculo-
sa, duobus dentibus ma-
xillaribus utrinque majo-
ribus.

D. 14, $\frac{2}{3}$. P. 16. V. 6. A. 14. C. 17.

Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.
62. n. 1. t. 51. Perca pin-
na ani radiis 14.

D. 14, 23. P. 15. V. 7. A. 14. C. 22.

Gron. Zool. p. 91. n. 299.
Perca dorso dipterygio,
capitelæ vialepidoto: den-
tibus maxillaribus duobus
utrinque majoribus.

Klein miss. pisc. 5. p. 36. n.
2. t. 7. f. 3. Perca buccis
crassis, &c.

Gesn. paralip. p. 28. Aldr.
pisc. p. 667. Jonst. pisc.
p. 174. t. 30. f. 15. *Schi-
lus vel nagemulus.*

Will. ichth. p. 293. t. S. 14.

Raj. pisc. p. 98. n. 24.

Lucio-perca.

Schrift. der. berl. Naturf.

Ges. 1. p. 281. Zander.

Habitat in Europæ, etiam Persiæ borealis aquarum profundiorum puriorum fundo arenoso & margaceo, ut tamen etiam in mari caspio occurrat, ad 4 usque pedes longa, vitæ minus tenax, vorax, piscibus aliis vicitans, ne suâ quidem speciei parcens, aliorum iterum, fluviatilis, lucii, siluri, colymborum quoque frequens præda, Aprili & Majo ova pariens numerosissima ad 380640; ob carnem sapidam, mollem, concoctu facilem multiplici modo esculenta.

Caput oblongum, squamis nudum, antè obtusum; oculi nebulosi, pupilla glauca; iride spadicea; rictus amplus; mandibulæ dentibus 40 inæqualibus armata, superior paulo longior; genæ tumidæ, ex viridi rubroque variæ; dorsum maculis obsoletis ex livido rubroque mistis varium; latera argentea; abdomen album; pinnae pectorales flavicantes; reliquæ, albidæ, dorsales nigro maculatæ, radiis simplicibus, posterioris mollioribus; in reliquis pinnis ramosis; cauda bifurca.

Volgenis. 38. P. ex viridi aurea, pinnae dorsalis secundæ radiis 23.

Pall. it. 1. p. 461. n. 21. D. 13, 23. P. 14. V. 6. A. -- C. 15.

Habitat in Volga & Rhymano vicinisque aquis, inter fluviatilem & lucio-percam media, utrum vere distincta, an hybrida?

Corpus squamis magnis asperis tectum, arcibus 6 transversis nigris & abruptis pictum; oculi iride argentea; dentes in mandibulæ inferioris apice 2 majores; pinnae dorsales fasciis 5 variæ, radiis robustis, rigidis munitæ.

Asper. 3. P. flavicans fasciata, pinnae dorsalis secundæ radiis 13.

D. 14, 20. P. 14. V. 1/2. A. 1/3. C. 17.

Art. gen. 40. syn. 67. Perca lineis utrinque 8 f. 9. transversis nigris.

D. 8, 13. P. 14. V. 5. A. 12. C. --

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 175. n. 5. t. 107. f. 1. 2. Perca rostro nasiformi, ra-

diis tredecim in pinna
dorsali.

D.8,13.P.13.V.6.A.II.C.18.

Gron. zooph. p. 92. n. 303. β.

Perca dorso dipterygio,
capite plagioplateo squa-
moso: maxilla inferiore
multo brevior.

Jonst. pisc. p. 141. t. 26. f.

18. Will. ichth. p. 292. t.

S. 14. f. 4. Raj. pisc. p.

98. n. 25. Asper piscicu-
lus.

Aldr. pisc. p. 616. Gesn. aq.

p. 403. icon. anim. p. 292.

paralip. p. 19. Asper pis-

ciculus, gobionis similis.

Schæffer pisc. ratisb. p. 69.

f. 6. 7. Asper verus stre-

ber.

*Habitat in Europæ australioris ad Germaniam superiorem
usque aquis purioribus, elongata, flavicans, fasciis 3-4
transversis nigris, supra nigricans, subtus albida 6-8
pollices longa, infectis, vermibusque victitans, Martio
ova minima albida pariens, carne deliciofa.*

Caput latum; oculi iride alba, rubescente-marginata; na-
res duplices, ori propinquæ; os inferum parvum; semi-
lunare; dentes exilissimi; mandibula superior longior;
branchiarum operculum simplici lamina constans; linea
lateralis recta; anus capiti propior, quam caudæ; pin-
næ flavescentes, dorsalis prima radiis simplicibus spi-
nosus, reliquæ inermibus ramosis.

Zingel. 39. P. pinnae dorsalis postero-
ris radiis 19. Meiding. ic.

pisc. austr. t. 4.

D.13,19.

Gron. zooph. n. 303. Perca

dorso dipterygio, capite

plagioplateo squamoso,

maxilla inferiore multo

brevior.

D.13,14.P.14.V.2.A.13.C.17.

Schæffer. pisc. ratisb. 58. t. 3.

f. 1. Zingel.

D.14,20.P.14.V.1/2.A.13.C.17.

Kram. el. 386. Zingel.

D.13,20.P.12.V.5.

*Habitat in Danubio aliisque Germaniæ fluviiis, aspero affinis,
et multo major, capite magis acuto, ridu ampliore,*

colore minus obscuro, cauda longiore truncata, subrodata, distincta.

- punctata. 4. P. pinnæ dorsalis secundæ radiis 14. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 82. *Gronov. ad.* *Upf.* 1750. p. 39. t. 4. D. 9, $\frac{1}{4}$. P. 19. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{4}$. C. 18.
Art. gen. 41. *syn.* 69. Perca radiis pinnæ dorsalis secundæ 13, ani 14. D. 9, 13. P. 15. V. 6. A. $\frac{1}{4}$. C. --

Habitat in Europa australiore.

Hæc, Muræna Helena, Myxo in Tripontino; Romæ optima inter duos pontes. Pretio proxima acipenseri.

- Alburnus. 6. P. pinnis dorsalibus muticis, branchiostega triradiata, cauda integra. Br. 3. D. $\frac{1}{10}$, $\frac{1}{24}$. P. 22. V. $\frac{2}{3}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 19.
Catesb. Car. 2. p. 12. t. 12. f. 2. Alburnus americanus.

Habitat in Carolina, oblonga, fasciis fuscis obliquis plurimis. Garden. Whiting.

Os denticulatum; branchiarum opercula subserrata; pinna dorsalis prior radio primo spinoso brevissimo, reliquis rigidis.

- puffilla. 40. P. corpore ovato compresso scabro. *Brünn. pisc. mass.* p. 62. n. 79. Br. 6. D. $\frac{2}{3}$, 23. P. 14. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 14.

Habitat in mari mediterraneo, ex rubente argentea, tota aculeis minutissimis scabra, 1 $\frac{1}{2}$ pollicem longa.

Caput aculeis validioribus armatum; os acutum; mandibula inferior paulo longior; subtus scaberrima; oculi iride alba; pinnarum ventralium spina valida, margine anteriori serrata.

- Lophar. 41. P. argentea, pinnis ventralibus adnatis. *Forsk.* *Fn. arab.* p. 38. n. 35. D. $\frac{7}{27}$, $\frac{11}{16}$. P. $\frac{11}{16}$. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{11}{26}$. C. 17.

Habitat Constantinopoli, harengi magnitudine & facie, dorso ex fusco virescens; an ex centrogastri genere?

Caput inter oculos sulcis elatis longitudinalibus inæquale; branchiarum opercula anteriora latera tantum serrata, posteriora integerrima; pinnæ dorsalis prioris radii vix

pungentes; alterius & analis basis anterior valde adiposa; ventrales membranæ ope carinæ abdominis affixæ & inter se unitæ; cauda bifida, radiatorum apice nigricante.

arabica. 42. P. corpore argenteo, lineis nigris longitudinalibus, macula caudæ aurea, medio nigra. *Forsk. Fn.*

arab. p. 42. n. 43.

D. 6, $\frac{1}{11}$. P. 14. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 17.

Habitat in Arabiæ littore, ex oblongo lanceolata, truncata, subtus immaculata, squamarum laxarum, latarum, deciduarum, denticularum ordinibus longitudinalibus circiter 10 vestita, lineis utrinque 16-17.

Vertex planus, inter oculos iride flava nitentes, carina obtusa antè & postè bifurca, pone oculos tribus ossis carinis inæqualis; dentes longi, subulati, recti, remoti, in utraq. mandibula utrinque 3, medio majori; in inferioris medio 2 validiores remoti; labia æqualia; palatum dentibus multis, parvis, setaceis hõrens; lingua plana, glabra; branchiarum opercula squamata, anteriora valde obesa, angulo solum posteriore & subtus serrulata, posteriora integerrima; pinnae dorsales remotæ; anterior fusca, reliquæ omnes ex fusco flavescentes, dorsales, ventrales & analis triangulares, pectorales lanceolatae, caudalis bifida, segmentis lanceolatis.

nilotica. 7. P. pinnis dorsalibus subdivinctis, caudali integra.

*Mus. Ad. Fr. 2. p. 83.**

S. G. Gmelin it. 5. p. 344.

t. 25. f. 3.

D. 8, $\frac{1}{9}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 15.

Hasselq. it. 359. n. 83. Perca nilotica.

D. 7, $\frac{1}{13}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 20.

Habitat in Nilo & mari caspio.

*** Dorso monopterygio, cauda indivisa.*

undulata. 8. P. pinnis dorsalibus subunitis, corpore fusco-undulato, macula fusca ad

pinnas pectorales. *Br. 6. D. 10, $\frac{1}{29}$. P. 18. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{2}{28}$. C. 19.*

Catesb. Car. 2. p. 3. t. 3. f. 1.

Perca marina pinna dorsi

divisa.

Habitat in Carolina, Croker. Garden.

Branchiarum opercula anteriora dentibus 5 brevibus armata;
cauda integra.

- ocellata. 10. P. pinnis dorsalibus subuni-
tis, ocello ad pinnæ cau-
dæ basin. D. 10, $\frac{1}{2}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{10}$. C. 16.
Habitat in Carolina, Bass. Garden.
Pinnæ dorsalis radius primus brevissimus; ventralium pri-
mus brevior, simplex, muticus; cauda ad apicem supe-
riorem ante pinnam ocello nigro iride alba insignita.
- marina. 9. P. pinnæ dorsalis radiis 15
spinosis, 14 muticis: cor-
pore lituris variegato.
*Mus. Ad. Fr. 2. p. 83.**
Fn. succ. 233.
Art. gen. 50. syn. 68. Perca
lineis utrinque 7 trans-
versis nigris, ductibus mi-
niacæis cæruleisque in ca-
pite & antica ventris parte.
Habitat in Norwegia, Gallia australi, Italia.
- nobilis. 11. P. corpore argenteo, fasciis
8 fuscis. D. $\frac{11}{27}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{20}$. C. 17.
Habitat in America septentrionali. Mus. de Geer.
Radii pinnæ dorsalis spinosi ad latera argentei.
- polymna. 12. P. corpore nigro, fasciis
tribus albis. D. $\frac{11}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{18}$. C. 16.
Gron. mus. 190. Perca dor-
so monopterygio, cauda
subrotunda, corpore fasci-
is transversis albis. D. $\frac{11}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{18}$. C. 17.
Seb. mus. 3. t. 26. f. 20-24.
Chætodon lineis 2 can-
didis. D. $\frac{11}{27}$. P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{10}$. C. --
*Habitat in America australi & India, Chætodontes, spa-
ros, labros, percas jungens, operculis ad has accedens.*
Mus. acad.
Fascia media excurrit per pinnæ dorsalis partem posteriorem.
- cottoides. 13. P. pinnis omnibus lineis
duabus punctatis. *Mus.*
*Ad. Fr. 2. p. 84.** D. $\frac{14}{20}$. P. 14. V. $\frac{1}{4}$. A. $\frac{1}{10}$. C. 12.
Habitat in India.

- philadel-14. P. macula nigra in medio
phica. pinnæ dorsalis, squamis
& operculis ciliatis. Br. $\frac{7}{7}$. D. $\frac{10}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 11.
Habitat in America septentrionali, nigro-maculata & fasciata, subtus rubra, Chub. D. Garden.
Branchiarum opercula posterius mucronata; pinnæ dorsalis radii 2 primi breviores.
- palpebro-15. P. palpebris macula fusca,
fa. linea laterali curva. D. $\frac{12}{33}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 17.
Habitat in America, parva.
- atraria. 16. P. corpore nigro, pinnis al-
bido-maculatis. D. 8-33. P. 20. V. 7. A. 26. C. 20.
Habitat in Carolina, Blackfish. D. Garden.
Branchiarum opercula antierius denticulata, posterius ciliata;
linea lateralis recta; pinna dorsalis lineis albidis picta.
- chryso-17. P. pinnis inferioribus flavis
tera. fusco-maculatis,
Catesb. Car. 2. p. 2. t. 2. f. 1.
Perca marina gibbosa.
Habitat in Carolina. D. Garden.
Branchiarum opercula obsolete dentata; linea lateralis recta.
- mediter-18. P. pinnis præter dorsales
ranae. fulvis, macula nigra ad
pectorales. Mus. Ad. Fr.
2. p. 85.* D. $\frac{6}{23}$. P. 13. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13.
Brünn. pisc. mass. p. 66. n. 82.
Perca mediterranea. Br. 5. D. $\frac{16}{27}$. P. 14. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 13.
Habitat in mari mediterraneo, viridis, lineis laterali parallelis superius obscuris, subtus latioribus lateque cæruleis picta, spithamam longa, compressa, oblonga.
Caput supra nudum, lineis transversis & undulatis cæruleis pictum; oculi iride aurea, medio circulo cæruleo; os mediocre; pinna dorsalis ramentacea; posterius altior.
- vittata. 19. P. lineis quinque albis fus-
cisque. Mus. Ad. Fr. 2.
p. 85.* D. $\frac{12}{28}$. P. 18. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 17.
β) Perca fasciata. Houttuyn
act. Haarl. XX. 2. p. 326. D. $\frac{11}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 16.
Habitat in America, β) in Japonia, 8 pollices longa.
Lineæ vel fasciæ transversæ, fere æquidistantes; dentes haud exigui.

punctu- 20. P. corpore caruleo punc-
lata. tato.

Catesb. Car. 2. p. 7. t. 7. f. 1.
Perca marina punctata.
Habitat in America.

guttata. 21. P. corpore punctis fan-
guineis adperfo. †

*Marcgr. bras. 169. Cngu-
puguacu.*
Sloan. jam. 2. p. 280. t.
247. f. 2.
Will. ichth. 303. t. 1.
Raj. pisc. 127.
Catesb. Car. 2. p. 14. t. 14.
Habitat in America.

Scriba. 22. P. pinnis caudæ pectora-
libusque flavis, capite
scripto. *Mus. Ad. Fr. 2.*
*p. 86. **

Habitat - - - -

$D. \frac{10}{23}. P. 13. V. \frac{1}{8}. A. \frac{1}{15}. C. 15.$

Gigas. 43. P. corpore nebuloso, oper-
culis trispinosis, spinis
dorsalibus II. *Brünn.*
pisc. mass. p. 65. n. 81.

$D. \frac{11}{28}. P. 16. V. \frac{1}{8}. A. \frac{1}{15}. C. 15.$

*Habitat in mari mediterraneo, 3 pedes longa, ovata,
lateribus compressa, ochracea, obscuro fuscoque nebulosa.*
Caput anterius nudum, subtus rubrum; oculi iride lutea;
os magnum, faucibus palatoque dentatis; labia simplicia;
mandibulæ æquales; dentes plurium ordinum acuti, 4
anteriores superioris majores conici; lingua magna lævis;
linea lateralis obscura, dorso parallela, sensim curvata;
anus caudæ propinqua; pinna dorsalis ramentis aucta;
radio septimo brevior; pinnae pectorales rotundatæ,
extrorsum rubræ.

Rogaa. 44. P. nigro-rufescens, cauda
æquali, pinnis nigris,
branchioftega & capitis
lobis obtectis obscure ru-
bris. *Forsk. Fn. arab.*
p. 38. n. 36.

$D. \frac{2}{28}. P. 18. V. \frac{1}{8}. A. \frac{1}{15}. C. 14.$

PISCES THORACICI. Perca.

Habitat frequens in Arabiae littore inter corallia, tres spithamas longa.

Vertex convexus, inter oculos declivis; hi iride extrorsum nigra, dein flava, interius caerulea; labia lata, obtusissima, superius brevius protrahibile; dentes numerosissimi setacei, introrsum mobiles, saepe antea 2 incisores validiores, conico-subulati, remoti; ante nares cirrulus; branchiarum opercula obesa, squamata, posteriora tridentata; scapulae gibbae; linea lateralis inconspicua; pinnae obtusae, dorsalis ramentis aucta, ventrales rotundatae.

Lunaria. 45. P. ferrugineo-nigra, pin-
nis pectoralibus nigris,
pone flavis, dorsali &
caudali pone hyalino-
albis. Forsk. Fn. arab.
p. 39. n. 37.

D. $\frac{2}{28}$. P. 18. V. $\frac{1}{5-6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 14.

Habitat in Arabiae littore, Rogae affinis.

Pinnae ventrales obverse triangulares, nigrae, & analis dorsalisque vitta versus marginem exteriorem, obscure rubra; haec margine posteriori alba; caudalis pone lunala hyalina, post hanc rufescens.

Tauvina. 46. P. lineari-oblonga fusca:
guttis ferrugineo-nigris,
cauda rotundata. Forsk.

Fn. arab. p. 39. n. 38.

D. $\frac{11}{20}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

Habitat rarius in Arabiae littore inter corallia, parum sapida, tota squamis parvis denticulatis tecta.

Caput cuneatum, vertice declivi; mandibulae serie dentium parvorum, remotorum, subaequalium, rigidorum armatae, canino in utraque utrinque unico validiori, & lacuna media; fauces etiam, & linguae basis dentibus numerosis setaceis obsessae; labia obtusa, superius brevius, retusum, protrahibile; branchiarum opercula anteriora pone denticulata, posteriora trispinosa; linea lateralis dorso propior & parallela; pinnae ex ferrugineo nigrae, guttis obscurioribus, margine posteriori albicantes; pectorales & ventrales fere aequales.

fasciata. 47. P. rubra, fasciis transversis
latis albidis subquaternis.
Forsk. Fn. arab. p. 40.

n. 39.

D. $\frac{11}{20}$. P. 7. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

Habitat in mari rubro, squamis parvis vestita, ulnam superans.

Caput magnum; oculi magni propinqui, sulcis 2 longitudinalibus sejuncti, iride ex rufo virescente; labia rotundata, obtusa, æqualia; dentium setaceorum in mandibula superiori ordines plures, in inferiori unicis, in medio utriusque 2 dentes unici remoti; branchiarum opercula anteriora pone leviter dentata, posteriora acuminata spinosa; pinnæ peçorales breviter pedicellatæ, membrana fere connexa; linea lateralis dorso propior.

miniata. 48. P. coccinea, guttis cæruleis undique adspersa, cauda rotundata. *Forsk. Fn. arab. p. 41. n. 41.*

D. $\frac{2}{4}$. P. 17. V. $\frac{1}{4}$. A. $\frac{1}{3}$. C. 15.

β) Perca fusca ocellis cæruleis. *Forsk. Fn. arab. p. 41.*

γ) Perca rubra, guttis cæruleis. *Forsk. Fn. arab. p. 42.*

Habitat in Arabia littore, inter corallia, piscibus victitans, sapida, squamis parvis, rotundatis, striatis vestita, inter chætodontes, labros percasque media.

Vertex littera V notatus ante oculos; hi iride extrorsum rubra, interius flava, naribus rotundis, simplicibus, cirro conico circumvallatis; labia latissima, obtusa, guttis cæruleis conspersa, superius brevius protrahibile; dentes setacei; canini validi in utraque mandibula 2; branchiarum opercula pone leviter serrata; pinnæ omnes pone rotundatæ, ventralibus solis acutis, margine anteriore cæruleis.

Summa-49. P. na. cauda rotundata, corpore cinereo-fusco, guttis albis undique adsperso. *Forsk. Fn. arab. p. 42. n. 42.*

D. $\frac{11}{8}$. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{3}$. C. 15.

fusco-gut-β) Perca cærulescens, guttis tata. fuscis. *Forsk. Fn. arab. p. 42.*

D. $\frac{7}{7}$. P. 18. V. -- A. -- C. 18.

areolata. γ) Perca corpore cinereo-albido, guttis fusco-flavescentibus. *Forsk. Fn. arab. p. 42.*

D. $\frac{11}{5}$. P. 18. V. -- A. -- C. 14.

Habitat in Arabia littore, miniatæ multum similis.

Caput fuscum, parum guttatum, sub oculis utrinque macula oblonga nigra notatum, hi iride fusca; pinnæ fusca, guttis albis; cauda brevis, parum surgens, supra macula nigra insignata.

chinensis. 50. P. flavescens, cauda ovali, maxilla inferiore brevior. *Os. it.* 335.

D. $\frac{10}{3}$. *P.* 18. *V.* $\frac{2}{3}$. *A.* $\frac{2}{15}$. *C.* 17.

Habitat in Sina, fluvialis habitu, sed minor.

Os ex oblongo rotundum; linea lateralis curva; lingua, palatum, pinnæ flavicantes; dorsalis a capite ad caudam usque extensa, medio humilior.

*** *Dorso monopterygio, cauda bifida.*

ascensionis. 51. P. supra rubescens, subtus albicans, cauda bifurca.

Os. it. p. 388.

Br. 8. *D.* $\frac{11}{27}$. *P.* 16. *V.* 8. *A.* 14. *C.* 26.

Habitat in insula Ascensionis, angusta, squamis transversis, ex oblongo rotundis, anterieus denticulatis vestita.

Branchiarum opercula laminis duabus ferratis: dentibus duobus reliquos superantibus.

Louti. 52. P. oblongo-lanceolata, miniata: guttis pallide violaceis, cauda bifalcata: pinnarum omnium margine postico flavo. *Forsk. Fn. arab. p.* 40. n. 40.

D. $\frac{2}{24}$. *P.* 17. *V.* $\frac{1}{2}$. *A.* $\frac{1}{12}$. *C.* 15.

Habitat in Arabiae littoris profundis inter corallia, ad ulnam longa; squamis parvis, striatis, rotundatis, integris vestita, subtus pallida immaculata.

Vertex nudus, convexus; oculi iride miniata; ante nares simplices utrinque cirrus conicus; labia obtusa, superius brevius protrahibile; dentes setacei, flexiles, densi, nonnulli validiores, remoti, conici; opercula branchiarum obesa squamulata, anteriora integerrima, posteriora pone trispinosa; linea lateralis dorso propior, non parallela; pinnæ pectorales & ventrales immaculatae, illae ovatae, haec angulo falcato; cauda linearis.

venenosa. 23. P. pinnis pectoralibus apice flavis, cauda lunata, corpore punctis sanguineis. †

Catesb.

Catesb. Car. 2. p. 5. t. 5.

Perca marina venenosa punctata.

Habitat in America.

melanura. 24. *P. cauda nigra margine albo, corpore lineis luteis.* †

Catesb. Car. 2. p. 7. t. 7. f. 2.

Perca marina, cauda nigra.

Habitat in America.

sestatrix. 25. *P. cauda bifurca postice rubra, abdomine luteo griseo-lineato.* †

Catesb. Car. 2. p. 8. t. 8. f. 2.

Perca marina saltatrix.

Habitat in America.

stigma. 26. *P. pinna dorsali ramentacea, operculis inustis.*

Habitat in India. Mus. acad.

D. $\frac{18}{27}$ *.P.*13*.V.* $\frac{1}{2}$ *.A.* $\frac{2}{18}$ *.C.*17.

diagramma. 27. *P. corpore lineis luteis, aculeis dorsalibus 11.*

Gron. mus. 1. n. 88. & 187.

Sparus lineis longitudinalibus luteis variis, aculeis XI in pinna dorsii.

Seb. mus. 3. t. 27. f. 18.

Habitat - - -

D. $\frac{11}{28}$ *.P.*13*.V.* $\frac{1}{2}$ *.A.* $\frac{1}{11}$ *.C.*18.

striata. 28. *P. corpore striato.*

Habitat in America septentrionali, cauda non nigra, qua nota a melanura differt. Mus. de Geer.

Branchiarum opercula subserrata; radius pinnae analis secundus validissimus.

D. $\frac{11}{28}$ *.P.*15*.V.* $\frac{1}{2}$ *.A.* $\frac{2}{11}$ *.C.*17.

lineata. 29. *P. pinna dorsali ramentacea, corpore lineis 5 albis fuscisque.*

Mus. Ad. Fr. 1. p. 66. Sciæna

fasciis 5 longitudinalibus albis fuscisque alternis.

Habitat - - -

D. $\frac{17}{33}$ *.P.*15*.V.* $\frac{1}{2}$ *.A.* $\frac{1}{17}$ *.C.*16.

Q q q q

Cernua. 30. P. pinnæ dorsalis radiis 27,
spinis 15. *Fn. suec.* 335.

Müll. prodr. zool. dan. p. 46.
n. 392. *Meiding. ic. pisc.*
austr. t. 3.

Art. gen. 40. *syn.* 68. *spec.*
77. *Perca* dorso monop-
terygio, capite cavernoso.

D. $\frac{11}{8}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{8}$. C. --

Gron. mus. 1. p. 41. n. 94.
zooph. p. 86. n. 288. *Perca*
dorso monopterygio, ca-
pite subcavernoso alepi-
doto aculeato, cauda lu-
nulata, corpore maculoso.

D. $\frac{11}{8}$. P. -- V. 6. A. $\frac{2}{7}$. C. 16.

Kram. elench. 386,
Bloch Fisch. Deutschl. 2.
p. 75. n. 3. t. 53. f. 2.

D. $\frac{11}{8}$. P. 12. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{7}$. C. --

Perca dorso monopte-
rygio capite cavernoso.

D. $\frac{11}{7}$. P. 14. V. 6. A. 7. C. 17.

Schæeff. pisc. ratisb. 39. t.
2. f. 1. *Cernua*.

D. $\frac{11}{8}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{5}$. C. 17

Klein miss. pisc. 4. p. 40. n.
1. t. 8. f. 1. 2. *Percis*
pinnis sex, &c.

Aldr. pisc. p. 626-627. *Jaust.*
pisc. p. 157. *Ruyssch theatr.*
anim. p. 108. *Perca* minor.

Bell. aquat. n. 291. *Wulff*
ichth. p. 28. n. 35. *Gesn.*

aquat. p. 191. 701. *icon.*
anim. p. 50. *Will. ichth.*
p. 334. t. X. 14. f. 2.

Raj. pisc. p. 144. n. 10.

Brit. zool. 3. p. 215. n. 3.
Ruffe.

Mars. danub. 4. p. 67. t.
23. f. 2. *Pfaffenlaus*.

Habitat in Europæ aquis dulcibus purioribus, ut plurimum
6-8 pollices longa, vermibus, insectis, aliis piscibus ju-
nioribus vitans, lucii aliorumque majorum piscium,
aviumque aquaticarum frequens præda, Martio & Aprilis
ova exilia, ochroleuca, 75600 uno partu, in clivo are-
naceo pariens, fertilis ideo, tarde crescens, carne con-
coctu facili multiplici modo eduli, teres, muco obducta,

ad latera flavicans, in virentem & fuscum colorem vergens, vel aurea, nigro-maculata, pedore albo, nucha dorsoque nigricantibus.

Caput crassum, deorsum compressum; oculi magni, pupilla cærulea iride fusca, nævo luteo notata; mandibulæ æquales; os mediæ amplitudinis; dentes minutissimi acuti, palatum quoque faucesque obsidentes; pinnæ flavicantes pectorales, dorsalis & caudalis lunata nigro-maculata.

nigra. 53. P. angusta, squamis minutissimis vestita.

Brit. zool. 3. p. 216. n. 4.

Borl. Cornwall. p. 271.

t. 25. f. 8. Blackfish.

Habitat in Cornubiæ fluxio, cernuæ similis, an specie distincta?

Longitudo 15 pollicum; caput truttæ; dentes minimi.

Acerina. 54. P. pinnæ dorsalis radiis

31, spinis 17. *Güldenstedt nov. comm. Petropöl.*

19. p. 457.

D. $\frac{17-18}{30-32}$ P. 25. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{79}$. C. 17.

Habitat in Ponto euxino & palude mæotica, fluvios etiam, qui in utrumque effunduntur, ingrediens, magnitudine, carne deliciosa, victu, partium numero, situ, figura & colore ad cernuam accedens, at caput longius, radiorum in pinnis numerus diversus.

Schætt-31. P. lineis corporis nigris. *Mel-fer.*

ding. ic. pisc. austr. t. 2.

Art. gen. 40. syn. 68. Perca dorso monopterygio, lineis utrinque longitudinalibus nigris.

Gron. zool. 289. Perca dorso monopterygio, capite cavernosæ alepidoto aculeato, cauda sublunata, corpore lineari.

Kram. el. p. 387. n. 5.

Schæff. pisc. ratisb. 48. t. 2.

f. 2. Schraitfer.

Habitat in Europa australi.

D. $\frac{18}{20}$ P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{8}$. C. --

D. $\frac{18}{30}$ P. -- V. -- A. 8. C. --

D. $\frac{18}{31}$ P. 14. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{7}$. C. 18.

D. $\frac{18}{32}$ P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{7}$. C. 17.

Q 999 2

- argentea. 32. P. naribus tubulosis. *Muf.*
*Ad. Fr. 2. p. 86. ** $D. \frac{11}{22}. P. 12. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{11}. C. 17.$
Habitat in America.
In pinna dorsali spinosa macula nigra.
- Cabrilla. 33. P. fasciis longitudinalibus
 4. fanguineis. *Muf. Ad.*
*Fr. 2. p. 87. ** $D. \frac{10}{24}. P. 16. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{10}. C. 17.$
 β) *Muf. Ad. Fr. 2. p. 87. **
 Perca lituris flavis, violaceisque variegata. $D. \frac{10}{24}. P. 14. V. 6. A. \frac{1}{10}. C. 16.$
Habitat in mari mediterraneo.
- Radula. 34. P. corpore punctis albis lineato.
Amœn. acad. 1. p. 313. Labrus immaculatus, pinnæ dorsalis radiis 10 spinosis. $D. \frac{11}{20}. P. 12. V. 6. A. \frac{1}{3}. C. 17.$
Habitat in India, squamis frenulatis tecta.
- formosa. 35. P. cauda lunata, capite lineis cæruleis. $Br. 4. D. \frac{10}{23}. P. 16. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{10}. C. 19.$
Catesb. Car. 2. p. 6. t. 6. f. 1.
 Perca marina, capite striato.
Habitat in Carolina; Squirrelfish. D. Garden.
Caput lineis liturisque cæruleis varium; branchiarum opercula denticulata; pinnæ dorsalis pars anterior abbreviata versus posteriorem.
- trifurca. 36. P. cauda trifida. $D. \frac{11}{22}. P. 16. V. \frac{1}{2}. A. \frac{1}{11}. C. 20.$
Habitat in mari, Carolinam alluente, pulchre variegata, fasciis 7 cæruleis ornata. D. Garden.
Faux lutea; branchiarum opercula subtilissime denticulata; pinnæ dorsalis radius spinosus 3 & 4 acutus ramento setaceo longitudine ipsius spinæ.

169, GASTEROSTEUS, *Caput* oblongum glabrum; *mandibulæ* dentibus exilibus armatæ; *lingua* brevis obtusa; *palatum* læve; *oculi* mediocres, vix promi-nuli, laterales.

Membrana branchiostega radiis tribus, sex vel septem; *operculum* diphyllum, rotundatum, striatum.

Corpus ad caudam utrinque carinatum, scutis rectum; *aculei* distincti ante pinnam dorsi; *dorsum* & *linea* lateralis parallela recta. *Pinnæ* ventrales pone pectorales, sed supra sternum.

aculeatus. I. G. spinis dorsalibus tribus.

Fn. suec. 336. *Art. gen.*

52. *syn.* 80. *spec.* 26. *Müll.*

prodr. zool. dan. p. 47. n. 3.

Gron. mus. 1. p. 49. n. 111.

zoo-ph. p. 134. n. 405. *Bloch*

Fisch. Deutschl. 2. p. 79.

n. 1. t. 53. f. 3.

Klein miss. pisc. 4. p. 48. n. 2.

t. 14. f. 4. 5. *Centrifcus*

duobus in dorso arcuato

aculeis, totidem in ventre.

Bellon. aq. p. 327. *Spinarella*,

rella.

D. 3, 12. P. 10. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 12.

[Q 9 9 9 3

PISCES THORACICI. Gasterosteus.

Brit. zool. 3. p. 217. n. 1.

Will. ichth. 341. *Raj. pisc.*

p. 145.

Rondel. poiss. 2. p. 206. Epi-
noche.

Wulff ichth. p. 30. n. 37.

Stichling, Stachelfisch.

Habitat in Europæ aquis dulcibus, 3 circiter pollices longus, brevis ævi, ut tertium vix annum attingat, Aprili & Junio ad plantas aquaticas ova pariens pauca, aculeis suis a rapacibus aquæ incolis tutus, vermibus intestinalibus tanto crebrius infestatus, ovis piscium junioribusque piscibus, vermibus & insectis, eorumque crysalidibus victans, rarius edulis, ad agros impinguandos, pinguedine sua, ad nutriendas anates & sues utilior, ad latera argenteus.

Caput compressum, anterius declive; oculi prominuli, iride argentea; mandibulæ æquales; branchiarum operculum magnum argenteum; gula & pectus interdum ruberrima; lineâ lateralis aspera, dorso propior; pinnæ flavicantes.

- Ductor, 2. G. spinis dorsalibus quatuor, membrana branchiostega septemradiata. *Mus. Ad.* Fr. 2. p. 88. * Br. 7. D. 4, 27. P. 18. V. 6. A. 16. C. 19. *Hasselq. it.* 336. Scomber Ductor. D. $\frac{4}{28}$. P. 20. V. 5. A. 16. C. 16. *Osborn. it.* 73. t. 12. f. 2. & act. *Stockh.* 1755. p. 71. Scomber Ductor. D. $\frac{3}{30}$. P. 19. V. 5. A. 16. C. 26. *Loest. it.* Scomber fasciis quatuor cæruleo-argenteis, aculeis 4 ante pinnam dorsalem. D. 4, 27. P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{27}$. C. -- *Gron. zool.* 309. Scomber dorso monopterygio, pinnulis nullis, lineâ laterali recta mutica ad caudam dilatata. D. 3, 27. P. 20. V. $\frac{2}{5}$. A. 17. C. -- *Raj. pisc.* 156. Pilote piscis, *Brünn. it.* 325. t. 190. Lootsmannekens.

Habitat in pelago, squali satelles eique viam prætentans, inter gasterosteos & scombro medius, his membranâ bran-

chlostega, illis spinis ante pinnam dorsalem distinctis, caudæque lateribus carinatis inprimis pungitio propior.

japonicus. 9. G. spinis dorsalibus, quatuor, membrana branchiostega quinqueradiata. Houttuyn *ad. Haarl.* XX.

2. p. 329.

Br. 5. D. 4, 10. P. 12. V. -- A. 9. C. 22.

Habitat in Japonia, squamis magnis rhombeis in aculeos retrorsum versus desinentibus, anterieus spinoso ciliatis, margine fuscis, in series dispositis tectus; flavus, pollices longus; an hujus generis?

Caput obtusum; mandibulæ edentulæ, scabræ; branchiarum opercula non squamata, pone dentata; spinæ dorsales mobiles, crassæ, validæ, inæquales, in fossula recondendæ; pinnæ ventrales spina sesquipollicari crassa, rigida, parum mobili connexæ.

occidentalis. 3. G. spinis dorsalibus septem, duabusque ante pinnam analem.

D. 7, 11. P. 7. V. 6. A. 2, 1. C. 16.

Brown. jâm. 452. t. 46. f. 2.
Saurus argenteus, cauda longitudinaliter striata, striis prominentibus brevibus interrupta.

Habitat in America. Mus. de Geër.

Lyfan. 13. G. supra fusco-cærulescens, spinis dorsalibus 7, analibus 2. *Forsk. Fn. arab.*

p. 54. n. 69.

Br. 8. D. 7, 2. P. 17. V. 1. A. 2, 1. C. --

Habitat in Arabiæ littore, argenteus, ex oblongo lanceolatus, squamis minutis lanceolatis tectus; linea lateralis undulata, versus caudam demum recta.

ovatus. 4. G. spinis dorsalibus septem, prima recumbente, corpore ovato.

Br. 6. D. 7, 20. P. 16. V. 6. A. 2, 1. C. 20.

Habitat in Asia, compressus, figurâ ad chatodontem; cutelli thoracis defectu ad labros, spinâ dorsi primâ antrorsum recumbente fixa ad scrombos accedens.

Mandibulæ, & labiorum dentes scabbi; spinæ dorsales distinctæ alternatim ad latera directæ; prima minima, altera paulo longior.

- carolinus. 5. G. spinis dorsalibus octo,
analibus tribus. D.8,26.P.18.V.5.A. $\frac{1}{2}$.C.27.
Habitat in Carolina, ex oblongo ovalis, Crevalle. D.
Garden.
Linea lateralis ad caudam subcarinata; pinna dorsalis &
analis falcata; cauda bifurca.
- canadus. 6. G. spinis dorsalibus octo,
analibus nullis. Br.7.D.8,33.P:2.V.7.A.26.C.20.
Habitat in Carolina, oblongus. D. Garden.
Spinæ pinnam dorsalem priorem mentientes 7-8; posterior
& analis falcata; cauda subbiloba.
- Saltatrix. 7. G. spinis dorsalibus octo
membrana connexis. Br.7.D.8,26.P.16.V. $\frac{1}{2}$.A.27.C.21.
Catesb. Car. 2, p. 14, t. 14.
Saltatrix,
Habitat in Carolina, congeneribus minus spinosus, ceterum
ad percas accedens. Shipjack. D. Garden.
Mandibula inferior dentium ordine unico, superior duobus
armata; spinæ dorsales debiles, membrana tenuissima
intertexta, in fossula recondenda; cauda bifurca.
- Pungitius. 8. G. spinis dorsalibus decem.
Fn. suec. 337. Art. gen.
52. syn. 80. spec. 97. Gro-
nov. mus. 1. p. 50. n. 112.
Zooph. p. 134. n. 406.
Bloch Fisch. Deutschl. 2.
p. 82. n. 2, t. 53, f. 4. D.10,11.P.10.V.1.A.11.C.13,
Klein pisc. miss. 4. p. 48. n. 4.
Centrifcus spinis decem
vel undecim, non perpen-
diculariter erectis, &c.
Bell. aq. p. 227. Spinarølla
pufillus,
Rondel. pisc. 2. p. 206. Gesn.
aq. p. 8. icon. anim. p. 284.
Thierb. p. 160. a. Piscic-
culus aculeatus alterum
genus.
Aldrov. pisc. p. 628. Pungi-
tius alterum genus.
Raj. pisc. p. 145. n. 4. Piscic-
culus aculeatus minor.

Will. ichth. p. 342. Lesler
Stickleback.

Brit. zool. 3. p. 219. n. 2.
Ten spined Stickleback.

*Habitat in Europæ maribus & lacubus gregarius, vere officia
fluviorum intrans, sesquipollicaris, aculeato magis elongatus, squamis scutisque nudus, flavus, subtus argenteus,*

Spinachia.

10. G. spinis dorfalibus quindecim. *Fn. succ. 338. Art. gen. 52. syn. 81. Gron. mus. 1. p. 50. n. 113. zooph. p. 134. n. 407. Bloch Fisch. Deutschl. 2. p. 84. n. 3. t. 53. f. 1.*

D. 15, 6-7. P. 10. V. 0-2. A. 6-7. C. 12.

Mus. Ad. Fr. p. 34. Gasterosteus pentagonus.

Klein miss. pisc. 4. p. 48. n. 1. Centricus aculeis quindecim in dorso, &c.

Will. ichth. p. 340. t. X. 13. f. 2. app. p. 23. Raj. pisc. p. 145. n. 15. Aculeatus vel pungitius marinus longus.

Brit. zool. 3. p. 220. n. 3. Fifteen spined Stickleback.

Habitat in Europæ maribus, 6-7 pollices longus, elongatus, supra fuscus vel olivaceus, subtus albus vel argenteus, ignem sequens, vermibus, insectis, piscium ovibus piscibusque vix exclusis vitans, vix edulis, impinguantis agris, oleoque excoquendo pro lampadibus adhibitus.

Caput tubulosum; oculi iride argentea; os exiguum; mandibula inferior longior; dentes acuti; branchiarum operculum radiatum; truncus pentagonus; linea lateralis elevata, acuta, ex scutis multis fuscis constata; cauda depressa, supra subtusque linea elevata notata; spinæ dorsales retrorsum curvatae, in fossula penitus recondendae; pinnae pectorales oblongae; caudalis rotundata.

Spinarel-
la,

11. G. capitis postice spinis quaternis ferrulatis lateralibus longitudine abdominis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 74. t. 32.

f. 5. Pungitius pufillus.

Habitat in India.

D.16.P.20.V.4.A.8.C.--

Scanthias. 12. G. spinulis quatuor ante pinnam dorsalem, membranæ branchiostegæ radiis tribus. Pontopp. Naturg. Danæm. p. 188. n. 3. Habitat in Daniæ maribus.

170. SCOMBER. *Caput compressum, læve. Membrana branchiostega radiis septem. Corpus læve, linea laterali postice carinatum. Pinnæ spuriae sæpius versus caudam.*

* *Pinnulis spuriiis distinctis.*

Scomber. 1. Sc. pinnulis quinque. *Fn.*

suec. 239. Müll. prodr.

zool. dan. p. 47. n. 395.

Gron. mus. 1. p. 34. n. 81.

zooth. p. 93. n. 304.

D.11,11.P.18.V.6.A.12.C.--

Art. gen. 30. syn. 48. spec.

68. Scomber pinnulis

quinque in extremo dor-

so spina brevi ad anum.

D.12,12.P.20.V.6.A.13.C.--

Bloch. Fisch. Deutschl. 2. p.

88. n. 1. t. 54. Scomber

pinnulis quinque in mar-

gine utroque caudæ.

D.12,12.P.20.V.6.A.13.C.20.

Klein miss. pisc. 5. p. 12. n. 5.

t. 4. f. 1. Palamys corpore

castigato, &c.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 15.

l. 31. c. 8. l. 32. c. 40.

Scomber.

Brit. zool. 3. p. 221. n. 1.

Will. ichth. p. 181. Raj.

pisc. p. 58. Mackrell.

Habitat gregarius in oceano europæo, americano, atlantico, mediterraneo, hieme in profundis latens, vere littora & superficiem petens, voracissimus, ne homini quidem parcens, pedalis vel bipedalis, vitæ minus tenax, fertilissimus, recens ex mari extractus phosphorilumen spargens, Junio ova inter saxa littoris pariens, multiplici modo edulis; elongatus, squamis mollibus, parvis, tenuibus, tectus, supra niger, cæruleo undulatus, subtus argenteus.

Caput longum; oculi magni, iride argentea, tecti ab autumno pellicula, sub æstatem iterum evanida; rictus amplus; lingua libera, acuta, lævis; palatum medio læve, margine dentibus acutis parvis, quemadmodum utraque mandibula armatum; mandibula inferior longior; nucha lata, nigra; branchiarum apertura ampla, opercula triphylla argentea; truncus compressus, caudam versus angustus & quadrangularis; linea lateralis dorso propior & parallela, subius maculis oblongis comitata; anus caudæ propior, quam capiti; pinnæ parvæ, cineræ, caudalis bifurcata.

Colias. II. Sc. læte viridis & azureus.

Cetti pesc. e anf. di Sard.

p. 196.

Kovacs. Aristot. anim. hist.

V. 9. VIII. 13. IX. 2.

Atheneus Deipnos. III.

118. 120. VII. 321.

Colias. Aldr. pisc. p. 274.

Gesn. aq. p. 256. Will.

ichth. p. 182.

Lacertus. Klein miss. pisc. 5.

p. 122.

Habitat ad Sardiniam, scombro similis, at minor; an junior piscis?

japonicus. 12. Sc. cærulescens, pinnulis 5. spuriis. Houttuyn

act. Haarl. XX. 2. p 331.

n. 18.

D.8.8.P.18.V.6.A.11.C.20.

Habitat in mari japonico; harengo similis, capite argenteo, squamis minimis, mandibula utraque denticulis ciliata, 8 pollices longus; an sat distinctus a scombro?

- auratus. 13. Sc. aureus, pinnulis spu-
riis 5. *Houttuyn act. Haarl.*
XX. 2. p. 331. n. 19. D. 9, -- P. 18. V. 6. A. 6. C. --
Habitat in mari, Japoniam circumfluente, an varietus
scombræ?
- Alatunga. 14. Sc. primis pectoralibus lon-
gissimis, pinnulis caudæ
utrinque septem. *Cetti*
pesc. e anf. di Sard. p. 198.
Habitat periodice gregarius in mari mediterraneo, mi-
grans, edulis.
- Pelamis, 2. Sc. pinnulis inferioribus sep-
tem, corpore lineis utrin-
que quatuor nigris. *Loest.*
it. 102. D. 15, 11. P. 27. V. 6. A. 14. C. --
Os. it. 67. Scomber pulcher
f. Bonnet. D. 15, 10. P. 28. V. 7. A. 14. C. 26.
Habitat in pelago inter tropicos, etiam in mari atlantico,
exocætos exagitans.
- Thynnus. 3. Sc. pinnulis utrinque octo,
Müll. prodr. p. 47. n. 396.
Brünn. pisc. mass. p. 70. n.
86. Scomber pinnulis
supra infraque octo, cor-
pore plumbeo.
Os. it. 69. Scomber albi-
cans f. Albecor. D. 14, 12. P. 32. V. 6. A. 13. C. 30.
Art. gen. 31. syn. 49. Scom-
ber pinnulis 8 seu 9 in ex-
tremo dorso, fulco ad
pinnas ventrales. D. 14, 14. P. 34. V. 6. A. 13. C. --
Loest. epist. Scomber pinnu-
lis 9, pinna dorfi priore
plicata, dentibus planis
lanceolatis, maxilla supe-
riore acuta. D. 14, 13. P. 22. V. 6. A. 16. C. --
Gron. zooph. 305. Scomber
pinnulis utrinque 9, dor-
so dipterygio, spina du-
plici ad anum? D. 6. P. --. V. --. A. 11. C. --
Bloch Fisch. Deutschl. 2. p.
95. n. 2. t. 55. Scomber

- līnea laterali lævi superius incurvata. D.15,12.P.22.V.6.A.13.C.25.
- Brown. jam.* 451. *Thynnus* pinnulis superioribus 9, inferioribus 8.
- Will. ichth. t. M.* 5. f. 1. *Coretta alba* pifonis.
- Piso ind. p.* 59. *Marcgr. bras. p.* 178. *Guarapucu.*
- Rondel. pisc.* 1. p. 249. *Orcinus.*
- Plin. hist. mund. l.* 9. c. 15. l. 32. c. 11. *Tunnus.*
- Aristot. hist. anim. l.* 2. c. 13. l. 4. c. 10. l. 5. c. 9-11. l. 6. c. 17. l. 8. c. 2. 12. 13. 15. 19. 30. l. 9. c. 2.
- Θυνοσ.
- Klein miss. pisc.* 5. p. 12. n. 3. *Pelamys pinna* dorsali secunda rubro aut flavo colore infecta, &c.

Habitat in maribus Europeam, Africam, australem Asiam & Americam alluentibus, ut plurimum 1-2, rarius 10 pedes longus, fusi formis, argenteus, supra chalybeus, convexus, voracissimus, ut ne sua ipsius soboli parcat, clupeas præsertim & exococtos, ipsosque scombros exagitans, squalorum iterum & xiphia præda, Maio & Junio ova papaveris semini æqualia pariens, gregatim parallelogrammi figura magno cum strepitu littora petens, velocissime natans, multiplici arte, in insulis præsertim maris mediterranei, capiendus & ad cibum præparandus, Romanis jam olim expetitur, qui etiam intestina salita inter cupedias referebant, aliquando tamen, forsan a comestis molluscis nocivis, venenatus.

Caput parvum, anterius obtusum; oculi magni, iride argentea, extrorsum aurea; rictus amplus; mandibulæ dentibus parvis acutis armatæ, inferior, longior; lingua brevis glabra; branchiarum apertura ampla, operculum diphylum; truncus crassior, squamis minutis, tenuibus, deciduis tectus; pinnae pectorales longæ, spuria, analis, & dorsalis posterior flavicantes; dorsalis prior, ventrales brevès, & caudalis lunata cinerea.

- Cordyla. 4.** Sc. pinnulis decem, linea laterali loricata.
Gron. ad. upf. 1750. p. 36.
 Scomber linea laterali curva tabellis ossibus loricata, corpore lato & tenui. D.7,9.P.15.V.6.A.2,14.C.20.
Gron. zooph. 307. Scomber compressus latus, linea laterali curva lævi, prope caudam recta loricata.
Marcgr. bras. 172. Guara-
 tereba.
Raj. pisc. 93. Trachurus brasiliensis.
Habitat in America.

- fulvo-guttatus. 15.** Sc. pinula ante pinnam ani solitaria biradiata. *Forsk.*
Fn. arab. p. 56. n. 63. D. $7\frac{1}{2}, \frac{1}{2}, \frac{1}{2}$, P. $\frac{1}{2}$. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{2}, \frac{1}{2}$. C. 19.
Habitat in Arabiæ littore, Ferdau multum similis, nitens, ex glauco cæruleus, guttis aureis ad latera conspersus. Vertex ante oculos, iride aurea lucentes, cavus; a capite ad pinnam dorfi membrana polita, nuda, glauca; linea lateralis primum arcuata, dein recta; pinna dorsalis prima tota in fossula recondenda; ventrales approximata; caudalis angulo obtuso longe bifida.

* * Pinnulis spuris nullis.

- Glancus. 5.** Sc. spina dorsali recumbente.
Mus. Ad. Fr. 2. p. 89.
Osborn. it. 296. Scomber ascensionis. D.7,25.P.20.V.5.A.25.C.20.
Art. gen. 32. *syn.* 51.
 Scomber dorso dipterygio, officulo secundo pinnae dorsalis altissimo. D.7,26.P.18.V.5.A. $\frac{2}{27}$. C. --
Habitat ad insulam Ascensionis.

- speciosus. 16.** Sc. pallide aureus, fasciis verticis obliquis, corporis septem nigris alternis.
Forsk. Fn. arab. p. 54.
 n. 70. D. $6\frac{1}{2}$. P. 21. V. 5-6. A. $\frac{2}{2}$. C. --
 17

Habitat in Arabiae littore, ex ovato lanceolatus, edentulus, supra fuscus, subtus pallidus, squamis parvis integris deciduis vestitus.

Vertex convexus, nudus, glaber; oculi iride argentea, anteriùs aurea; labia æqualia obtusa, superius protractile; branchiarum opercula triplicia integra, anteriora squamata, posteriora nuda; linea lateralis dorso propior, primum arcuata, a fasciâ inde quinta recta; pinnæ stræa; dorsales glaucæ; pectorales ventralibus triplo longiores, falcata; caudalis bifida.

Ferdau. 17. Sc. ovali-oblongus argenteus, guttis aureis lateribus, fasciis transversis fuscis quinque obsoletis, Forsk. Fn. arab. p. 55. n. 71.

D. $\frac{5}{1}$, $\frac{1}{1}$, $\frac{1}{1}$. P. 21. V. $\frac{1}{4}$. A. $\frac{2}{2}$, $\frac{1}{1}$. C. 16?

β) Scomber pinnis pectoralibus hyalinis. Forsk. Fn. arab. p. 55.

Habitat in Arabiae littore, squamis parvis deciduis vestitus, supra cærulescens, gasterosteis affinis.

Vertex nudus, glaber, lineâ media ossea; oculi iride alba; ante nares cirrus conicus; labium superius protractile; dentes setacei multi; linea lateralis fere perpetuo recta; branchiarum opercula integra, squamosa; inter pinnas dorsales spina solitaria brevis, duæque similes ante pinnam ani; hæc & dorsalis posterior membrana erecta utrinque septa; ventrales breves acuminata; pectorales superius falcata; albidæ; caudalis angulo recto excisa glauca: lobis lanceolatis.

ignobilis. 18. Sc. argenteus, dorso cærulescente, pinnis pectoralibus & ventralibus rufescentibus. Forsk. Fn. arab. p. 55, n. 72.

Br. 8. D. $\frac{7}{1}$, $\frac{1}{1}$, $\frac{1}{1}$. P. $\frac{1}{2}$. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{2}$, $\frac{1}{1}$. C. 18?

Habitat in Arabiae littore, squamis parvis deciduis obtectus, spinis ante pinnam analem duabus in pinnulam connexis, posteriore duplo majore, armatus.

Mandibula utraque dentium brevium subulatorum serie armata; linea lateralis undulata, a pinna inde anali recta & loricata; pinnæ dorsales glaucæ, prior triangularis, analis hyalina, parte elatiore subtus flava; caudalis lobus superior glaucus, inferior flavus.

Sanfan. 19. Sc. argenteo-nitens, im-
maculatus, caudæ carina
elata æquali. Forsk. Fn.
 quadriradiata. D.4.9.P.17.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{17}$.C.20.
Catesb. Car. 2. p. 6. t. 6.
 Albula bahamensis.
Brown jam. 450. Mugil ar-
 genteus minor, pinna an-
 teriore dorsi radiis quatuor.
Habitat in America, cephalo simillimus. D. Gardèn.
- crenilabis. 3. M. pinna dorsali anteriore
 radiis quatuor flexilibus,
 posteriore inermibus, la-
 biis crenatis, inferiore bi-
 carinato. *Forsk. Fn. arab.*
 p. 73. n. 109. D.4. - P.17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{17}$. C.16.
- Seheli. β) Mugil minor, lablis non
 crenatis. D. - - P. 16. - - - - C. 14.
- Our. γ) Mugil labio utroque ciliato,
 inferiore unicarinato.
- Tade. δ) Mugil labio superiori subti-
 lissime ciliato, inferiori
 unicarinato.
*Habitat in mari rubro, pedem longus, squamis latis, ca-
 rina media longitudinali fusca notatis vestitus.*
*Caput supra squamis laxis obtectum; linea lateralis obso-
 leta; labium superius a capite secedens; pinnæ omnes
 ex glauco albidæ; pectorales ad basin gutta nigra no-
 tata; caudæ lobi acuti.*
- chilenfis. 4. M. pinna dorsali unica, cau-
 dali simplici. *Mol: hist.*
*nat. Chil. p. 198. n. 3.** Br.7.D. $\frac{1}{3}$.P.12.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{1}{16}$.C.16.
Habitat in mari Chilensi, fluviiisque illud redundantibus,
pedem circiter longus, forma, squamis, carnisque sapore
gato cephalo simillimus.
- Chanos. 5. M. pinna dorsi unica, caudæ
 utrinque bialata. *Forsk.*
Fn. arab. p. 74. n. 110. Br.4.D.14.P.16.V.11.A.9.C.20.
- Anged. β) Mugil magnus. *Forsk. Fn.*
arab. p. 74.

Habitat

Habitat in mari rubro, ulnam β (tres ulnas) longus, oblongus, argenteus, cirris mollibus instructus & dentibus (hinc non argentina) carens, squamis latis, rotundatis, tenuiter striatis tectus.

Caput corpore angustius, vertice plano, glauco, squamis nudo; labia integra; superius longius, medio emarginatum, a capite non sejunctum; linea lateralis juxta caput sursum recurvata, dein rectissima, dorso propior caudæ pinna valide forficata, versus medium utroque latere alis 2 membranaceis fimbriata.

183. **EXOCÆTUS.** Caput squamosum. Os edentulum: maxillis utroque latere connexis.

Membrana branchiostega radiis decem.

Corpus albicans. Abdomen angulatum. Pinnae pectorales maximæ, volatiles, radiis antice carinatis.

volitans. 1. E. abdomine utrinque carinato. *Amæn. ac. I. p. 321.*

Art. gen. 8. syn. 18. spec. 35. Exocœtus.

Gron. mus. I. n. 27. Exocœtus.

D.14.P.15.V.6.A.13.C.15.

D.13.P.17.V.6.A.11.C.15.

D.13.P.17.V.7.A.-- C.--

β) Exocœtus non volitans. *Forsk. Fn. arab. p. XVI. n. 40?*

Habitat in alto Pelago, europæo & americano, mari quoque rubro, a coryphænis exagitatus ad sciopeti jaculum ex aquis evolans gregarius, præda fit pelecano aquito & diomedæa exulanti; an forte Selaw Israëlitarum, Mosis Num. XI. 13. jubente Auctore Natura coryphænis pulsus ad littus, uti statuit Rudbeck fil.?

X x x

- evolans. 2. E. abdomine tereti. †.
Gron. zooph. 358. Exocoetus
 pinnis ventralibus brevif-
 simis, abdominis carinis
 nullis.
Pisc. bras. 61. Pirabêbe.
Habitat in oceano hispanico, parum a voltante diversus.
- exiliens. 3. E. pinnis ventralibus cau-
 dam attingentibus. D.10.P.15.V.6.A.11.C.20.
Habitat ad Carolinam, volitanti statura simillimus, at vix
digito longior, neque argenteus. Gardén.
Pinnæ pallidæ, fasciâ una alterave nigricante, ventrales,
quæ in volitante ne anum quidem attingunt, apice
pinnam caudæ attingentes, $\frac{1}{2}$ a cauda remotæ,
ceterum, uti in volitante, inter caput & anum mediæ,
radio primo brevî; pectorales radio primo & secundo
brevibus; caudalis lobus inferior longior.

186. POLYNEMUS. Caput compressum, undique
 squamosum: rostro obtu-
 sissimo, prominente.
 Membrana branchiofega ra-
 diis quinque vel septem.
 Corpus digitis liberis ad
 pinnas pectorales.

- quinqua- 1. P. digitis quinque corpore
 rius. longioribus.
Gron. mus. 1. n. 74. Poly-
 nemus officulis filiformi-
 bus utrinque 5 ad pinnas
 pectorales. Br.5.D.7,16.P.16.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{2}{3}$.C.17.
Seb. mus. 3. t. 27: f. 2.
 Pentanemus.
Habitat in America.
- virginicus. 2. P. digitis septem, cauda
 integra. Br.7.D.7, $\frac{1}{3}$.P.15.V. $\frac{1}{2}$.A. $\frac{2}{3}$.C.15.

Polynemi a triglis distincti pinnis ventralibus in abdomine sitis, digitis non
 articulatis; antici & insausi descriptionem a Broussoneto expectamus.

Habitat in America.

Branchiarum opercula serrata; pinnæ dorsalis prioris radius primus brevissimus; caudalis lata acuta.

- paradi-
seus. 3. P. digitis septem, cauda
bifida.
*Edw. av. 208. t. 208. Pa-
radisea piscis.
Habitat in India.*

- plebejus. 4. P. digitis quinque, primo
ultra anum extenso, ce-
teris sensim brevioribus.
*Brousson, ichth. fasc. 1.
t. 8.*

Br. 7. D. 8. $\frac{1}{12}$. P. 16. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{12}$. C. $\frac{1}{4}$.

Habitat in oceano pacifico, argenteus, dorso cinerascens, compressus ex oblongo lanceolatus, squamis subquadratis oblongis, basi truncatis emarginatis, apice rotundatis, laevibus, in 20 series longitudinales digestis, imbricatis vestitus.

Caput planiusculum, squamis superius & ad latera oblique, subtus confertim imbricatis tectum; oculi orbiculares, ampli, cutæ propria diaphana tecti, iride argentea; rictus suborbicularis amplus; mandibula superior longior, utraque dentibus confertis setaceis introrsum versis subæqualibus armata; labia simplicia, cutacea; gula ad latera dilatabilis; lingua lævis, apice parum libera; palatum planiusculum, medio obsolete rugosum, anterius officulis scabris; faux supra infraque denticulatis exasperata; branchiarum apertura ampla; opercula anteriora & posteriora diphylla; illorum lamina superior læviter serrata, horum lamina obsolete ciliata; linea lateralis dorso parallela vix suprema, lineolata; anus in medio fere corpore oblongus; pinnæ canescentes fusco punctata; dorsalis prior subtriangularis, secunda subfalcata, pectorales oblongæ, ventrales trapezia, caudalis bituba.

188. **CLUPEA.** *Caput* compressum; *os* compressum, intus denticulatum; *maxillæ* inæquales superior mystacibus ferratis; *lingua* brevis; *dentibus* introrsum versis aspera; *oculi* mediocres, rotundi, marginales.

Branchiæ interne setaceæ; *opercula* tri-vel quadriphylla; *membrana* radiis aucto.

Corpus compressum, elongatum, squamis mediæ magnitudinis vestitum; *linea lateralis* recta, dorso propinqua & parallela; *abdominis* carina ferrata; *pinnae ventrales* sæpe novemradiatæ; *caudalis* longa bifurca.

Harengus. i. Cl. immaculata, maxilla inferiore longiore. *Fn. suec.* 357. *Fabr. Fn. groenl.* 182. *Fn. suec.* 315.

Art. gen. 7. *syn.* 14. *spec.* 37. Clupea maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens.

Gron. mus. 1. p. 5. n. 21.

Bloch Fisch. Deutschl. 1. p. 186. n. 1. t. 29. f. 1.

Clupea maxilla inferiore longiore, pinna ani radiis septendecim.

Rondel. pisc. p. 222. *Gesn. aq.* p. 410. Harengus.

Brit. zool. 3. p. 284. n. 1. t. 17. *Will. ichth.* p. 219.

Raj. pisc. p. 109. Herring.

D.18.P.18.V.9.A.17.C.18.

D.18.P.18.V.9.A.17.C.18.

D.19.P.15.V.8.A.16.C.--

D.18.P.18.V.9.A.17.C.18.

Habitat in maris europæi septentrionalis & atlantici profundis, vere, æstate quoque & autumno littora, fluviorumque ostia petens gregibus numerosissimis, a cætis variis pulsus, ova depositurus; loci, climatis, anni temporis, ætatis ratione diversus, fertilissimus, multiplici modo esculentus, septentrionalibus populis non in cibum modo inserviens, sed mercaturæ quoque fructuosissima materies, ex qua nunc etiam pinguedinem excoquunt, argenteus, in dorso nigricans.

Caput exiguum; oculi magni; iride argentea; lingua acuminata; branchiarum operculum macula violacea aut rubra notatum, post mortem evanida; dorsum convexum; pinna cinerea, & caudali excepta, parva.

Sprattus. 2. Cl. pinna dorsali radiis tredecim. *Mus. Ad. Er. 2. p. 105. Fn. succ. 358. Müll. prodr. zool. dan. p. 50. n. 422. Brünn. pisc. mass. p. 82.*

D.17.P.16.V.6.A.19.C.--

Art. gen. 7. syn. 17. spec. 33. Gron. mus. 1. p. 6. n. 22. Clupea quadruncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutissimo.

D.17.P.17.V.7.A.19.C.--

Bloch Fisch. Deutschl. 1. p. 206. n. 2. t. 29. f. 2. Clupea maxilla inferiore longiore, pinna anali radiis novendecim.

D.17.P.16.V.6.A.19.C.18.

Kleinmiss. pisc. 5. p. 73. n. 7. Harengus exilibus squamis facillimeque deciduis raro sex digitos superans.

Aldr. pisc. p. 220. Sardina Sprot Hollandis.

Will. ichth. p. 221. Raj. pisc. p. 103. n. 5. Sprattus & Sparlingus.

Brit. zool. 3. p. 294. n. 3. Sprat.

Habitat in maris europæi septentrionalis & mediterranei profundis, autumno ova depositurus gregibus copiosissimis littora petens, eodem modo, quam harengus, in cibum

PISCES ABDOMINALES. Clupea.

adaptatus, 4 - 5 pollices longus, squamis teneris; magnis, facile deciduis tectus, argenteus, dorso carulescente.

Caput acutum, satis magnum, in fronte nigricans; oculi magni, iride ex flavescente alba; mandibula inferior longior incurva; branchiarum opercula argentea, radiata; abdominis carina incurva; pinnæ breves, teneræ, cineræ.

Alafa. 3. Cl. lateribus nigro - maculatis, rostro bifido. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 105. *Müll. prodr. zool. dan.* p. 50. n. 423.

D.19.P.15.V.9.A.21.C.19.

Art. gen. 7. *syn.* 15. *spec.* 34. Clupea apice maxillæ superioris bifido, maculis nigris utrinque.

D.19.P.15.V.9.A.22.C.19.

Gron. mus. 1. p. 6. n. 23. *zooth.* p. III. n. 374. Clupea lateribus utrinque nigro-maculatis.

D.18.P.--V.8.A.20.C.--

Hasselq. it. 388.

D.19.P.15.V.--A.18.C.26.

Bloch Fisch. Deutschl. 1. p. p. 209. n. 3. t. 30. f. 1. Clupea maxilla superiore in apice crenata.

D.19.P.15.V.9.A.23.C.18.

Klein miss. pisc. 5. p. 72. t. 19. f. 4. Harengus dorso & apicis vertice ex albo flavescens, &c.

Aristotel. hist. anim. l. 9. c. 37. D. $\Theta\mu\sigma\sigma\alpha$.

Rondel. pisc. 1. p. 220. *Aldrov. pisc.* p. 500. Thriffa.

Salvian. aq. p. 103. 104. Laccia, Alafa.

Gesn. aq. p. 19-22. Alaufa.

Will. ichth. p. 227. t. P. 3. f. 1. *Raj. pisc.* p. 105. n. 6. Clupea.

Brit. zool. 3. p. 296. n. 5. Shad.

Habitat in mari mediterraneo, & septentrionali europæo, americano & asiatico, Majo & Junio in fluxus adscen-

PISCES ABDOMINALES. Clupea. 1405

dens, in rapidissimis fluentis ova deponens, autumnum redit, 2-3 pedes longus, vermibus insectisque vitans, filuri, lucii, perca fluvialis frequens præda, vitæ minus tenax, Russis & Volgæ accolis detestatus, quamvis alibi caro crebro edulis, & ab Indis ova æque æstimata, ac garum a Russis, squamis magnis facile deciduis vestitus, albus, dorso ex flavo virescente.

Caput exiguum; oculi mediocres, iride argentea; mandibula superior paulo brevior, margine dentata; lingua nigricans, libera, lævis; branchiarum opercula striata, medio cærulescentia, margine argentea; linea lateralis vix conspicua, dorso propior, maculis nigris 4-5 notata; pinnæ parvæ cineræ, margine cærulescentes, ventrales intermedia auctæ, caudalis major, maculis duabus fuscis.

Encrasicolus.

4. Cl. maxilla superiore longiore. *Art. gen. 7. syn. 17. Müll. prodr. zool. dan. p. 50. n. 424. Brünn. pisc. mass. p. 83. n. 101. O. Fabr. Fn. grædenl. p. 183. Bloch. Fisch. Deutschl. 1. p. 212. n. 4. t. 30. f. 2. Clupea maxilla superiore prominente.*
Arist. hist. anim. l. 6. c. 15. Rondel. pisc. 1. p. 211. Gesn. ag. p. 68. Thierb. p. 1. b. Aldr. pisc. p. 214. Raj. pisc. p. 107. n. 9. Will. ichtk. p. 225. t. p. 2. f. 2. Encrasicolus.
Brit. zool. 3. p. 295. n. 4. Anchovy.

Br. 12. D. 14. P. 15. V. 7. A. 18. C. 18.

Habitat in oceano europæo septentrionali, atlantico & mediterraneo, ova pariendi causa, a Decembri ad Martium littora petens, spithamam longus, cute tenui & squamis facile deciduis vestitus, supra ex flavo cinereus, gari romanorum potior materies, hodiernum capite rescisso & intestinis exemptis salibus inter delicias epularum.

Caput longum, supra latum; oculi rotundi, iride argentea; os amplissimum, intus læve; mandibula inferior & lingua

PISCES ABDOMINALES. Clupea.

angusta acuminata; branchiarum apertura amplissima; dorsum convexum; linea lateralis recta; pinnæ breves, pellucidæ.

- Atheri- 5. Cl. linea laterali argentea. Br. 12. D. 12. P. 14. V. 8. A. 32. C. 18.
noides. *Habitat Surinam, linea laterali in fasciam dilatata ad atherinam; corpore compresso & pinnis ventralibus parvis ad clupeas accedens.*
Mandibula inferior brevior.

- Thriſſa. 6. Cl. pinna ani radiis 28, dorsalis radio postremo setaceo longo. D. 16. P. 16. V. 9. A. 34. C. 25.
Brown jam. 443. Clupea minor, radio ultimo pinnæ dorsalis longissimo.
Amœn. acad. 5. p. 251. Clupea corpore ovato. Br. 5. D. 14. P. 13. V. 8. A. 28. C. 21.
Osb. it. 257. Clupea Thrifſa. Br. 7. D. 16. P. 14. V. 7. A. 24. C. 24.
Brousson. ichth. fascic. I. t. 10. Clupea pinnæ dorsalis radio ultimo elongato. Br. 5. D. 20. P. 16. V. 8. A. 22-24-25. C. 28.

Habitat in mari Jamaicam, Carolinam, Indiam, Sinam, Japoniam alluente, pruritus tempore littora subiens, inter rejectanea maris, præcipue radices rhizophoræ mangles degens, ad pedem usque longa, crustaceis minoribus, testaceis, piscium ovis victians, ad latera splendens argentea, supra ex caruleo glaucescens, punctis fuscescentibus conspersa, in series digestis, capitis lateribus & abdomine anteriore prasinis, carne sapidissima, non raro tamen venenata.

Caput squamis nudum, subtus curvatum, carinatum; rictus mediocris, ovatus; oculi membrana nictitante duplicata, iride argentea, laterales, orbiculares, mediocres; mandibula inferior vix brevior, gula parum dilatabili; labia cutacea, fuscescentia; dentes perceptibiles nulli; lingua ex lanceolato-oblonga, obtusa, apice libera, basi cartilaginea, palatum planiusculum ex rugoso striatum, & faux rugosa glabra; branchiarum apertura ampla, flexuosa; opercula argentea, splendens; linea lateralis vix conspicua; an. sponde medium corporis; pinnæ canescentes; dorsalis & caudalis apice parum fuscescentes.

cyprinoi- 7. Cl. abdomine obtuso. *Brouf-*
des. *son. ichth. fusc.* I. t. 9. Br. 22. D. 17. P. 15. V. 10. A. 25. C. 52
30

Marcgr. bras. p. 179. *Pif.*
ind. p. 65. *Jonst. pisc.*
p. 137. t. 35. f. 10. & t. 40.
Ruyfch. theatr. anim. I.
p. 137. t. 35. f. 10. & t. 40.
Will. ichth. p. 230. t. P.
6. f. 1. *Raj. pisc. p.* 108.
Camaripuguacu.

Barrere aquin. p. 172. *Cy-*
prinus argenteus, squamis
maximis peltatis, pinna
dorsali appendice longissi-
ma suffulta: *Apulika.*

Habitat in Oceano inter tropicos, in Brasiliæ fluvio, & in-
sulæ Tannæ lacu, oblonga, vix pedalis, squamis glabris,
albicaulis parumper striatis obsolete rhombeis, membra-
na argentea marginatis, convexiusculis, in 10 series
longitudinales digestis tecta, argentea, supra glaucescens.

Caput superne vix declivè latiusculum, anterius convexum;
oculi magni, laterales, orbiculares, membrana niditans
duplicata, iride argentea; rictus amplus, obsolete tetra-
gonus; mandibula inferior paulo longior, gula dilatabili
utraque dentibus confertis linearibus minimis armata;
lingua lata, centro scabra, margine lævis, apice libera;
faux supra infraque retrorsum scabra; branchiarum aper-
tura ampla, opercula flexilia, lævissima, ex argenteo
fusca; pinnae ex fusco canescentes, dorsalis radio ultimo
elongato, analis longa subfalcata, caudalis ampla, biloba.

setirostris. 8. Cl. maxillæ superioris offi-
bus lateralibus fetaceis,
pinna ani radiis 32. *Brouf-*
son. ichth. fusc. I. t. 11. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 7. A. 32. C. 33
70

Forsk. Fn. arab. p. 72. n. 107.

Clupea Bælama. Br. 11. D. 14. P. 13. V. 7. A. 32. C. 18.

Habitat in oceano pacifico & mari rubro, lanceolata ar-
gentea, splendens, supra ex cæruleo glaucescens, squa-
mis lævibus, deciduis, obsolete rhomboidis, oblique im-
bricatis vestita.

Caput breve, subtus leviter curvatum; oculi iride ex ar-
genteo glaucescente, supra rubro-nubulata; rictus amplus,

PISCES ABDOMINALES. Clupea.

subquadrangulus; mandibula inferior brevior, apice parum acuminata incurva, gula dilatabili; dentium in utraque brevissimarum inæqualium series; labia brevissima, cutacea; palatum posterius, faux supra infraque scabriuscula; branchiarum apertura ampla subflexuosa, opercula flexilia, argentea; linea lateralis dorso parallela, lævis, recta, obsoleta; anus paulo pone corporis medium; pinnae caescentes; dorsalis subtriangularis; pectorales ex ovato lanceolatae, ventrales lanceolatae, analis longa, caudalis biloba.

- Mytus. 9. Cl. corpore ensiformi, pinna ani caudæ coadunata.
Mus. Ad. Fr. 2. p. 106. D.12.P.18.V.6.A.84.C.11.
Osb. it. 256. Clupea Mytus. Br.10.D.13.P.17.V.7.A.86.C.13.
Aman. ac. 5. p. 252. t. I. f. 12. Mytus corpore ensiformi. D.12.P.17.V.6.A.84.C.11.
Habitat in mari indico; an forsitan ad aliud genus referenda? Pinna ani excurrit in caudalem integram.
- tropica. 10. Cl. cauda cuneiformi. *Osb. it. 300. Br.7.D.26.P.6.V.6.A.26.C.20.*
Habitat ad insulam Ascensionis, alba, compressa, lata, ferrata.
Caput declive; oculi prope ridum magnum; mandibula inferior, longior; dentes unius ordinis; branchiarum operculum squamosa; linea lateralis recta, dorso propior; pinna dorsi a medio dorsi, ad caudam extensa, & ani æquales.
- sinensis. 11. Cl. radio extimo membranæ branchiostegæ postice truncato. *D.16.P.16.V.8.A.16.C.--.*
Habitat in Sina, Harengo similis, sed latior.
Osedentulum; branchiarum opercula infima valde truncata, vel potius radium extimum membranæ branchiostegæ constituentia.
- Haumela. 12. Cl. lanceolata nuda, pinna ventralibus, anali & caudali nullis, dorsali per totum dorsum extensa, cauda lineari. *Forsk. Fn. arab. p. 72. n. 106. Br.6.D.133.P.12.V.0.A.0.C.0.*

Habitat in mari rubro, ulnaris, argentea, politissima; an hujus generis?

Vertex planus, rhomboidalis; mandibula inferior longior; dentes subulati, compressi, validi, remoti, perpendicularares; branchiarum opercula cute communi tecta, squamis nuda, apice hyalina; linea lateralis abdomini propinqua & parallela, a pectore ad caudæ apicem recta; pinna dorsalis glauca margine fusca, macula longitudinali oblonga argentea notata, loco analis aculei 82 sub cute reconditi.

Dorab. 13. Cl. pinnis ventralibus minutis, labio superiori dentibus porrectis bicorni, inferiori longiori, dentibus validioribus, erectis. *Forsk.*

Fn. arab. p. 72. n. 108.

D. 17. P. 14. V. 7. A. 34. C. --

Habitat in mari rubro, linearis, squamis integris deciduis vestitus, argenteus, supra fuscus aut œaruleus.

Vertex horizontalis, planus, nucha cœrulea; oculi iride argentea; labium superius non protrahit dentibus protensis, remotis, inæqualibus, 2 mediis majoribus, acutissimis, inferius longius, dentibus erectis, utrinque 6, mediis sensim majoribus subulatis; branchiarum opercula nuda, striato-rivulata; linea lateralis recta, dorso propior, obsoleta; abdomen rectum; pinna dorsalis cauda duplo propior, quam capiti; ventrales minimæ; caudalis ad basin bifida.

villosa. 14. Cl. linea laterali prominula hirta. *Müller prodr. 1001. dan. p. 50. n. 425.*

Habitat in mari septentrionali.

189. CYPBINUS. *Caput ore edentulo; os nasale bifidum.*

Membrana branchiostega radiis tribus.

Corpus læve albens. Pinnæ ventrales sæpe novemradiatæ.

* *Barbati s. ad os cirrosi.*

Barbus. 1. C. pinna ani radiis 7, cirris 4, pinnae dorso radio secundo

PISCES ABDOMINALES: Cyprinus.

- utrinque serrato. *Mus.*
Ad. Fr. 2. p. 107. *Wulf.*
ichth. bor. p. 41. n. 52.
Kram. el. p. 391. n. 2.
S. G. Gmelin it. 3. p. 242.
 t. 25. f. 1. D. $\frac{2}{11}$. P. 16. V. 9. A. 7. C. 16.
- Art. gen.* 4. *syn.* 8. Cyprinus maxilla superiore longiore, cirris 4, pinna ani officulorum 7. D. $\frac{2}{12}$. P. 16. V. 9. A. 7. C. 16.
- Gron. zooph.* 1. p. 104. *mus.*
 1. p. 5. n. 20 D. 10. P. 17. V. 9. A. 8. C. 17.
- Gron. mus.* 2. p. 3. D. 12. P. 17. V. 9. A. 8. C. 19.
- Bloch Fisch. Deutschl.* 1. p. 109. t. 18. Cyprinus maxilla superiore prominente, cirris quatuor ad os.
- Leske spec.* p. 17. Barbus oblongus olivaceus, cirris quatuor, maxilla superiore longiore, &c.
- Klein miss. pisc.* 5. p. 64. n. 1. Mystus dorfi parum arcuati, sed cultellati, colore dilute olivacea, &c.
- Rondel. pisc.* 2. p. 194. *Gesn. aq.* p. 124. *Aldrov. pisc.* p. 598. *Salv. aq.* p. 86. *Will. ichth.* p. 259. *Marf. Danub.* p. 18. t. 7. f. 1. Barbus.
- Brit. zool.* 3. p. 304. n. 2. Barbel.
- Habitat in Europæ & borealis Persiæ fluviiis rivisque rapidis saxosis, infra saxa & in littoris cavernis latens, chelidonio, testaceis, vermibus aliis, piscibus minoribus ipsisque cadaveribus victitans, cito crescens, grandævus, a 2-16 pedes longus vitæ tehax, sapidus, elongatus, squamis striatis, denticulatis, arctæ inhaerentibus, mediae magnitudinis vestitus; supra olivaceus, ad latera supra lineam cærulescens, infra ex albedo virescens, subtus albus, carne sapida.*
- Caput oblongum, dilute olivaceum, acuminatum; oculi viride dilute fuscescentes; os inferum, oblongum; labium

superius robustum rubrum, protractile; linea lateralis recta nigro-punctata; pinnæ rubescens, ventrales intermedia aucta, caudalis bifurca, margine nigra; dorsalis tota cæruleus.

Carpio. 2. C. pinna ani radiis 9, cirris 4, pinnæ dorsalis radio secundo postice ferrato. *Fn. succ. 359. Meiding. ic. pisc. austr. t. 6.*

D. $\frac{1}{2}$. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.

Bloch Fisch. Deutschl. I. p. 92. n. 19. t. 16. 17.

Cyprinus officulo tertio in pinna dorsi anique ferrato.

D. 24. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.

Art. gen. 4. syn. 3. spec. 25.

Cyprinus cirris 4, officulo tertio pinnarum dorsi anique uncinulis armato.

D. 24. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.

Gron. mus. I. n. 19. Idem.

D. 22. P. 17. V. 8. A. 8. C. --

β) Cyprinus squamis solito quadruplo majoribus dimidia sui parte tectus, altera nudus. Spiegelkarpfe. *Bloch Fisch. Deutschl. I. p. 107. & 17. & 3. p. 131. n. 24.*

D. 20. P. 18. V. 9. A. 7. C. 26.

γ) Cyprinus squamis totus nudus. *Loewe Abh. der hall. Naturf. Ges. I. p. 134.*

Habitat in Europæ & borealis Persiæ aquis tardius fluentibus & stagnantibus, ad 4 usque pedes, tamen rarius longus, cito crescens, & grandævus, vitæ tenacior, pro aquæ natura colore carnisque sapore diversus, herbis, terra pingui, vermibus insectisque aquaticis, stercore præsertim ovillo vitæitans, Majo vel Junio loca herbofa magisque tranquilla gregatim petens, ova pariturus numerosissima (piscis trilibris 237000, novemlibris 621600) frequens piscium aliorum, avium aquaticarum, ranarum præda, ob carnis saporem extimum in piscinis educatus, circa annum 1514 primum in Angliam, circa 1560 in Daniam introductus, bile pigmenti viridis loco inserviente, ovis in gari speciem accommodatis, ichthyocolla ex vesica ejus aërea cocta utilis; supra ex cæruleo viridis, ad latera superius ex flavo virescens & nigricans,

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus.

subtus albidus, cauda flavus, squamis magnis longitudinaliter striatis tectus.

Caput magnum; frons lata, livida; genæ cæruleæ; oculi nigri, limbo flavo; mandibulæ æquales; labia robusta, flava, in angulo utroque cirro longiori barbata; dorsum leviter arcuatum, supra pinnam carinatum, infra pinnam teres; linea lateralis nigro-punctata, leviter inflexa; pinna dorsalis cinerea, analis spadicea; pectorales, ventrales & caudalis bifurca violacea, hæc margine nigricans.

Gobio.

3. pinna ani radiis 11, cirris 2. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 107. * *Müll. prodr. zool. dan.* p. 50. n. 427.

D. 10. P. 16. V. 9. A. 11. C. 19.

Art. gen. 4. *syn.* 14. *spec.* 13. *Cyprinus quincuncialis maculosus*, maxilla superiore longiore, cirris 2 ad os.

D. 12. P. 17. V. 11. A. 11. C. 19.

Gron. mus. 2. p. 2. n. 149. *zoolph.* I. p. 104. *Cyprinus maculosus*, cauda bifurcata, cirro utrinque unico ad angulos oris.

D. 8. P. 14. V. 6. A. 7. C. --

Bloch. Fyßh. Deutschl. I. p. 57. n. 11. t. 8. f. 2. *Cyprinus oblongus varius* cirris 2 ad angulum oris.

D. 11. P. 16. V. 9. A. 10. C. 19.

Leske spec. p. 26. n. 3. *Cyprinus oblongus subteres maculosus*, maxillis subæqualibus, cirris duobus, iride, &c.

Klein miss. pisc. 4. p. 60. n. 5. t. 15. f. 5. *Enchelyopus squamulis parvis deciduis*, ventre argenteo, &c.

Aldr. pisc. p. 612. *Mars. Danub.* 4. p. 23. t. 9. f. 2. *Will. ichth.* p. 264. t. Q. 8. f. 4. *Gobius fluviatilis*.

Rondel. pisc. 2. p. 256. *Gesn. aq.* p. 399. *Gobio fluviatilis*.

Brit. zool. 3. p. 308. n. 4.

Rej. pisc. p. 123. Gudgeon.

Habitat gregarius in Angliæ, Daniæ, Germaniæ, Russiæ quoque lacubus, vere in fluvios adscendens, Majo in his ova pariens, autumnino in lacus redit, vitæ tenax, fertillissimus, herbis, vermibus, piscibus aliis vix ex ovo exclusis, cadaverum adeo frustis vitans, aliorum piscium aviumque aquaticarum frequens præda ad 8 pollices longus, angustus, squamis magnis vestitus, maculatus, supra lividus, ad latera supra lineam cæruleus, infra ochroleucus, colore tamen, pro aqua, quam inhabitat, victus, ætatis, anni temporis ratione vario, carne alba, sapidissima, concoctu facili.

Caput magnum, ex fusco virescens; oculi minuti, pupilla livida, iride aurea; mandibula superior ore clauso paulo longior; pinnae nunc rubescentes, nunc flavescentes; dorsalis, ventralibus directe opposita, & analis, nigromaculata.

Tinca. 4. C. pinna ani radio 95, cauda integra, corpore mucoso, cirris 2. *Fa. succ.* 263. *Wulff ichth. bar.* p. 42. n. 55. *Müll. prædr. zool. dan.* p. 50. n. 428. *Art. gen.* 4. *syn.* 5. *spec.* 27. *Kram. el.* p. 392. n. 6. *Gron. mus.* 1. p. 4. v. 18. *Cyprinus mucosus nigrescens, extremitate caudæ aequali.*

D.10.P.16.V.9.A.25.C.24.

D.12.P.17.V.11.A.11.C.19.

Bloch Fisch. Deutschl. 1. p. 83. n. 14. *Cyprinus squamis parvis; pinnis crassis.*

D.12.P.18.V.11.A.11.C.19.

Klein miss. pisc. 5. p. 63. *Brama pinnis circinatæ & cauda atris, &c.*

Rondel. pisc. 2. p. 157. *Salv.*

aq. p. 90. *Gesn. aq.* p. 984.

Aldrov. pisc. p. 646. *Jonst.*

pisc. p. 146. t. 29. f. 2.

Will. ichth. p. 251. t. 9. 5.

Marf. Danub. p. 47. t. 19.

Tinca.

Brit. Zool. 3. p. 306. n. 3.

Tench.

Gesn. Thierb. p. 157. b.

Schlei.

β) *Finca aurea*, pinnis transparentibus. *Bloch Fisch.*

Deutschl. i. p. 90. n. 19.

t. 15.

D.12.P.16.V.10.A.9.C.19.

Habitat in omnis terrarum orbis aquis stagnantibus, vitæ tenacissima, ut hieme sub glacie duret, fertilissima, vermibus herbisque lacustribus victitans, cito crescens, ad 8 usque libras pondere æquans, Junio in locis lacuum herbosis ova pariens, mucō crasso, & squamis parvis cuti nigrae densa tenacissime inhaerentibus vestita, colore supra ex atro viridi, ad latera super lineam paulisper curvatam viridi, infra hanc flavo, subtus albo, pro aqua tamen indole, & sexu perquam vario, carne alba, molli, concoctu difficili.

Caput magnum; frons lata, ex viridi nigra; oculi minuti, iride aurea; genæ ex flavo virentes; gula albâ; mandibulae æquales; dorsum leviter arcuatum, teres; pinnae crassæ, violaceæ, caudalis ad angulos truncata, medio recta; scapula & os innominatum robustiora, quam aliis piscibus.

Bynni. 26. C. pinna dorsali radiis 13,

tertio crasso corneo, cauda

lineari bifida; cirris 4.

Forsk. Fn. arab. p. 71.

n. 103.

D. $\frac{1}{10}$ - $\frac{1}{12}$. P.17.V.9.A.6.C.19.

Habitat frequens in Nilo, cubitalis, totus argenteus, ex ovato oblongo, sapidus.

Caput compressiusculum; dorsum & abdomen declivia; linea lateralis sursum curva, abdomini propior; pinnae analis & caudalis rubrae, basi albæ; reliquæ albidæ, margine crassiore rufescentes.

Bulatmai. 32. C. pinna ani radiis 8, dor-

salis secundo maximo, non

ferrato, cirris 4. *Hablizl*

apud S. G. Gmelin it. 4.

p. 135. *Pallas n. nord.*

Beytr. 4. p. 6.

D.10.P.19.V.9.A.8.C.21.

Habitat

Habitat rarior in mari caspio prope Enzelli, carpionis magnitudine, chalybeus, aureo colore intermicante, subtus ex argenteo aureus, squamis mediocribus, semicircularibus, distantibus; imbricatis tectus, carne nivea sapidissima.

Caput oblongum, supra fuscum, subtus album; oculi mediocres, laterales, iride ex aureo & argenteo varia; linea lateralis recta, ventri propior; pinna dorsalis ex fusco nigricans, radio primo minimo, alteroque simplici, reliquis ramosis; pectorales basi grisea, apice rubentes, ventrales basi alba, apice rubra; analis rubra, basi albicans, caudalis bifurca ex fusco rubescens.

Capoeta. 33. C. pinna ani radiis 9, dorsalis & analis radio tertio longissimo, illius dorsum ferrato, cirris 2. *Güldenst.*

nov. comm. Petrop. 17. p.

507. t. 18. f. 1. 2.

D. 12-13. P. 17-19. V. 9-10. A. 9. C. 19.

Habitat in mari caspio, hieme fluvios ascendens, pedem circiter longus, habitu orsum referens, ex compresso oblongus, squamis rotundatis, mediocribus, laevibus, striatis, argenteis, fusco-punctatis, in ventre minoribus & albis vestitus.

Caput breve, latissimum, glabrum, vertice convexo fusco, os, quale nasi; oculi sat magni, laterales, iride argentea: superne ex fusco aurata; branchiarum opercula laevia, fusca, punctata; linea lateralis initio inter pinnas pectorales & ventrales parumper deorsum curvata, abdomini propior; pinnae fuscae, obscurius punctatae dorsalis in medio dorfi trapezoidea, radio primo brevissimo, secundo duplo longiori, pectorales ex oblongo acuminatae ventrales dorsali oppositae, supra appendice auctae, obtuse trapezoideae; analis figura ventralium; caudalis bifurca.

Murfa. 34. C. pinna ani radiis 7, primo longissimo, dorsalis tertio longissimo crassissimo, retrorsum ultra medium ferrato, cirris 4.

Güldenst. nov. comm. Pe-

trop. 17. p. 513. t. 8. f. 3-5. D. 11-12. P. 16-17. V. 8. A. 7. C. 19.

Habitat in mari caspio, vere pruritus tempore, in fluvium Cyrum ascendens, pedem circiter longus, habitu lucio affinis, ex tetragono oblongus, squamis parvis, ex tetra-

Y y y

PISCES ABDOMINALES. *Cyprinus*.

gono rotundatis, auratis, suprafusco adumbratis, subtus albidis & muco tenaci obductus.

Caput elongatum, conicum, compressiusculum, glabrum, vertice convexo; oculi laterales, mediocres, convexi, iride flavicante, supra fusco-maculata; branchiarum opercula laevia, fusca; linea lateralis media, recta; pinnae analis & ventrales forma similes, albæ, hæc supra fusco-maculata; reliquæ totæ fuscæ; dorsalis in medio dorsi posita; pectorales oblongæ; caudalis verticalis bifurca.

Capito. 35. *C. cirris* 4, pinnae dorsalis radio tertio utrinque postice ferrato, dorso acuto, lateribus pinnisque inferioribus albidis. *Güldenstedt nov. comm. Pectrop. p. 519.*

Habitat in fluvio Cyro, barbo multum similis & paulo magis compressus, capite longiore, latiore, minus depresso, rostro obtusiore, cirris longioribus, oculis majoribus, pinna dorsali a rostro multo remotiore, colore latorum & pinnarum inferiorum luteo, vertebri 47, quæ barbo tantum 44, differt.

** *Pinna caudæ indivisa.*

Carassius. 5. C. pinna ani radiis 10, linea laterali recta. Fn. suec. 364. Müll. prodr. 700. dan. p. 50. n. 429.

D.20.P.15.V.8.A.9.C.21.

Art. gen. 4. syn. 5. spec. 29.

Kram. el. p. 392. n. 7. Cyprinus pinna dorsi officulis 20, linea laterali recta.

D.20.P.15.V.9.A.10.C.--

Gron. mus. I. n. 11. 700ph. n. 343.

D.20.P.11.V.9.A.10.C.23.

Ad. upf. 1741. p. 75. n. 55. Cyprinus Hamburger.

D.20.P.14.V.9.A.9.C.22.

Bloch Fisch. Deutchl. I. p. 69. n. 15. Cyprinus linea laterali recta, pinnae caudalis indivisa, anali radiis 10.

D.21.P.13.V.9.A.10.C.21.

Lesk. spec. p. 78. n. 17. Cyprinus ovalis latus olivaceus, &c.

Klein miss. pisc. 3. p. 59. n.

4. t. II. f. 1. Cyprinus
brevis, dorso repando, &c,

Aldr. pisc. p. 644. Will.

ichth. p. 249. t. Q. 6. f. 1.

Cyprinus latus alius.

Gesn. aq. p. 222. Charax.

Marf. Danub. 4. p. 45. t.

14. Carassius.

Brit. vol. 3. p. 310. Rud.

Gesn. Thierb. p. 166. b.

Karas.

Habitat in Europæ & Sibirix aquis in fundo molliori stagnantibus, etiam in mari Caspio, facile in piscinis educandus, limo, herbis & vermibus victitans, vitæ tenacior, tarde crescens, ultra libram vix ponderosus, piscium aliorum aviumque aquaticarum frequens præda, a lernæa cyprinacea crebro infestatus, biennis jam Majo, rarius Aprili ova pariens flavicantia 93700; latus, squamis mediocribus tectus; supra obscure viridis, ad latera virescens, inferius flavicans, subtus ex albo rubroque varius, sapidus.

Caput exile, obtusum, supra olivaceum, ad latera ex flavo viridique varium; oculi minuti, iride argentea, annulo aureo cincta; mandibula utraque dentibus 5 latis armata; dorsum ante pinnam carinatum, pone eam teres; pinnae pectorales violaceæ, ceteræ flavicantes, margine cinereæ.

Cephalus. 6. C. pinna ani radiis 11, corpore subcylindrico.

Mus. Ad. Fr. p. 77. t. 30.

Cyprinus pinna ani radiis
11, cauda rotundata.

D. 11. P. 16. V. 9. A. 11. C. 17.

Art. gen. 5. syn. 7. Cyprinus oblongus macrolepidotus, pinna ani officulis 11.

D. -- P. -- V. -- A. 11. C. --

Gron. mus. 1. n. 12. 2. p. 3.

Idem.

D. 11. P. -- V. 9. A. 11. C. --

Habitat in Danubio, Rheno.

Gibelio. 36. C. pinna dorsali radiis 20, cauda lunulata. *Bloch.*

Fisch. Deutschl. 1. p. 71.

n. 16. t. 12.

D. 19. P. 15. V. 9. A. 8. C. 20.

Yyyy 2

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus!

Wulf ichtth. bor. p. 50. n. 67.
Gieben.

Will. ichtth. p. 250. Caraffi
primum genus.

Gesn. Thierb. p. 166. b. Klein
Karas oder Giblichen.

Habitat in Germaniæ aquis stagnantibus, vix ultra dimidiam libram pondere æquans, fertilissimus, ut biennis jam mensibus Majo, Junio & Julio ad 300000 ova pariat a ranis sæpius devorata, vitæ tenax, ardearum, anatum, corvorum crebra præda, squamis magnis tectus, latus, & elongatus, rarius piceus, quam supra caruleus, ad latera cæsius, infra aureus.

Caput magnum, ochraceum, supra fuscum; oculi magni, iride aurea; mandibulæ æquales, utraque dentibus 8 minutis, acutis, in 2 series dispositis armata; dorsum arcuatum; linea lateralis fusco-punctata, deorsum flexa; pinna flavæ, radiis ramosis; caudalis cinerea.

fericeus. 37. C. pinna dorsali radiis 10,
analis 11, cauda ex fusco
rubente. *Pall. it. 3. p. 704.*
n. 41.

Habitat copiosissimus in Dauriæ aquis pigris, 1½ pollicem longus, caraffi forma, ex carulescente vel violascente argenteus splendidissimus, abdomen versus pallide roseus, utrinque striga latiuscula longitudinali, sub argentea ex viridi cyanea pictus; an ex cyprinorum tribu?

Oculi iride aurea, litura supra pupillam miniacea; pinnae ventrales & analis cinnabarinæ, apice atræ.

*** *Pinna caudæ trifida.*

auratus. 7. C. pinna ani gemina, caudæ transversa bifurca. *Fn.*
suec. 2. p. 125. t. 2.

Aët. stockh. 1740. p. 403. t.
1. f. 1-8. Idem.

D. 2. P. 16. V. 9. A. 8. 8. C. 37.

Baster aët. Haarl. 7. p. 215.
t. 2. 4. 6. Piscis aureus.

Gron. mus. I. p. 3. n. 15.
Cyprinus pinna ani duplici cauda, bifurca.

D. 8. P. 11. V. 7. A. - C. 20.

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus. 1419

Gronov. mus. 2. n. 150. Cyprinus pinna ani simplici, cauda trifurca. D.18.P.11.V.8.A.8.C.44.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 132. n. 25. t. 93. 94. f. 1-3. Cyprinus colore rubro. D.20.P.16.V.11.A.9.C.27.

Kaempf. Japan. 1. p. 155. Kingio.

Brit. zool. 3. p. 319. n. 12. Edw. av. t. 209. Goldfish.

Petiv. gazoph. t. 78. f. 7.

Habitat in Sinæ, Japoniæ fluviiis, ob summam agilitatem, colorisque in vivo pisce, pro ætate, sexu, victus, aquæ indole (quemadmodum pinnarum forma, radiorumque in iis numerus) admirandum splendorem in piscinis & vastis murrhinis cultus, pane, lemna, pisciculis alendus, a seminibus bidentis tripartitæ, fauci adhærentibus & occidentibus, sollicite cavendus, squamis magnis vestitus, adultus ut plurimum supra nigro-maculatus, ad latera rubro-aureus, subtus rubeſcente argenteus.

Caput mediocre, supra rubrum, ad latera aureum, oculi iride aurea; branchiarum opercula dyphylla; dorsum convexum; linea lateralis dorso propior, recta; pinnæ ruberrimæ.

*** Pinna caudæ bifida.

regius. 38. C. pinna ani radiis 11, dorsali per totam dorſi longitudinem excurrente. *Molin. hist. nat. Chil. p. 198. n. 4.**

D.28.P.15.V.10.A.11.C.21.

Habitat in mari regnum Chilense alluente frequentissimus, karengi fere magnitudine, cylindricus, squamis supra aureis, ad latera argenteis tectus.

Oculi flavi, pupilla cærulea, iride purpurea; os breve, obtusum, edentulum, pinnæ molles, flavæ; caro exquisita.

Caucus. 39. C. pinna ani radiis 13, corpore tuberoso argenteolo. *Molin. hist. nat. Chil. p. 198. n. 5.**

D.9.P.16.V.9.A.13.C.29.

Habitat in regni Chilenſis aquis dulcibus, sesquipedalis

Yyyy 3

Malchus. 40. C. pinna ani radiis 8, corpore conico subcæruleo. *Molin. hist. nat. Chil. p. 199. n. 6. ** D.12.P.14.V.8.A.8.C.18.
Habitat in aquis dulcibus Chilenfibus, pedalis.

Julus. 41. C. pinna ani radiis 10, caudæ lobata. *Molin. hist. nat. Chil. p. 199. n. 7. ** D.15.P.17.V.9.A.10.C.19.
Habitat in aquis dulcibus Chilenfibus, spithameus.

rivularis. 42. C. pinna anali dorso radiis 8, corpore fusco-maculato. *Pall. it. 2. p. 717. n. 36.* D.8.P.8.V.8.A.8.C. --
Habitat in rivulis minimis, lacunisque montanis circa montes altaicos, aphyæ magnitudine, circiter bipollicaris, subargenteus, ex tereti compressiusculus, squamis vix conspicuis vestitus.
 Caput obtusum, subtetragonum, vertice poris sparsis magnis excavato; oculi iride argentea; linea lateralis recta, ad caput subadscendens; pinnae pallidae, pectorales rotundatae.

Labeo. 43. C. pinna ani radiis 7, dorso radii 8, pectoralibus 19. *Pall. it. 3. p. 703. n. 39.* D.8.P.19.V.9.A.7.C. --
Habitat gregatim & frequens in fluviiis Dauuriæ saxosis, rapidis, versus oceanum orientalem tendentibus, velocissime natans, ulnam longitudine nunquam assequens, teretiusculus, subcompressus, squamis magnis tectus, carne sapidissima.
 Caput crassum, rostro conico obtuso subcarnoso; os subrostro, fere quale acipenseris; oculi majusculi, iride ex flavo argentea; pinnae pectorales, ventrales, & analis rubrae; caudalis fusca; dorsalis radius primus robustus, osseus,

leptocephalus. 44. C. pinna ani radiis 9, dorso radii 8. *Pall. it. 3. p. 703. n. 40.* D.8.P.20.V.10.A.9.C. --
Habitat cum labeone, cui æqualis, corpore salmonem coregonum, capite esocem aliquantum referens, labeone tardior, squamis mediocribus tectus.

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus.

1721

Oculi iride ex flavescente argentea; rostrum valde productum, depressum, rotundatum, mandibula inferiore longiore; pinnae, dorsali excepta, rubrae.

Chalcoi-45. C. pinna ani radiis 19, des. dorsi 12. *Güldenst. nov. comm. Petrop. 16. p. 540. t. 16.*

D.12.P.16.V.9.A.19.C.19.

*Pall. it. 3. p. 704. n. 41.**

Cyprinus clupeoides.

D.9.P.17.V.9.A.17.C.---

Habitat in mari Caspio, pruritus tempore a Novembri ad Januarium in fluvios Terek & Cyrum adstendens, vix pedem longus, ex compresso oblongus, harengum statura similans, squamis rotundatis, striatis, supra ex canescente & virescente argenteis, fusco-punctatis, ad latera splendide argenteis, subtus lacteis vestitus.

Caput compressum, acuminatum, fronte & vertice ex fusco virentibus; oculi laterales, liberi, iride argentea, supra subaurata & nigro-punctata, infra macula sanguinea notata; mandibulae edentulae, inferior longior; lingua oblonga, adnata, cartilaginea, alba, laevis; palatum laeve; fauces officulo plano aspero inaequales; branchiarum opercula plana, laevia, nitidissime argentea; dorsum parum convexum; linea lateralis deorsum arcuata, ventri propior & parallela, punctis elevatis albidis circiter 70; pinna dorsalis in medio dorsi, fuscescens, radio secundo longissimo; pectorales albae, ex oblongo acuminatae, radio primo maximo fusco; ventrales rotundatae albae, appendice lanceolata aucta, analis radio primo brevissimo, tertio longissimo; caudalis perpendicularis fusca.

Galian. 46. C. pinna ani radius 7, dorsali 8, pectoralibus 14.

Lepechin it. 2. t. 9. f. 4. 5.

nov. comm. Petrop. 15. p.

491. Cyprinus corpore olivaceo maculis fuscis distincto, ima corporis parte cinnabarina, pinna ani radiis 7.

D.8.P.14.V.8.A.7.C.19.

Habitat in rivis scopulosis circa Catharinopolin Sibiriae, tres pollices longus, olivaceus, fusco-maculatus, subtus miniatus, squamis exiguis, rotundatis, tenaciter adhaerentibus vestitus, torrefactus edulis.

Y yyy 4

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus.

Caput breve, fere conicum, vertice nigricante; oculi laterales, iride argentea; mandibulæ margine sanguinea, inferior paulo brevior; linea lateralis incurva, abdomini propior, quam in congeneribus; pinnae radii ramosis, basi miniata, apice fusca, medio albidæ, caudalis & quadrangula dorsalis basi nigra, ceterum albidæ nigro-punctatæ.

- niloticus. 8. C. pinna ani radiis 7, dorsali 18. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 108. D.18.P.17.V.9.A.7.C.19.
Hasselq. it. 393. n. 94. D.18.P.17.V.9.A.7.C.24.
 Cyprinus rufescens.
 Habitat in Nilo.
- Gonorrhynchus. 9. C. pinna ani radiis 8, corpore cylindrico. D.12.P.10.V.9.A.8.C.18.
Gron. zooph. 199. t. 10. f. 2.
 Gonorrhynchus.
 Habitat ad Caput Bonæ Spei.
- Phoxinus. 10. C. pinna ani radiis 8, macula fusca ad caudam, corpore pellucido. *Müll. prodr. zool. dan.* p. 50. n. 430. D.8.P.15.V.8.A.8.C.19.
Bloch Fisch. Deutschl. 1. p. 60. n. 12. t. 8. f. 5.
 Cyprinus teretiufculus, pinnis ventralibus anali dorsalique radiis 10. D.10.P.17.V.10.A.10.C.20.
Art. syn. 12. Cyprinus tri-dactylus, varius, oblongus, teretiufculus, pinna ani officulorum 8.
Rondel. pisc. 2. p. 205. *Gesn. aq.* p. 715. Pisciculus varius.
Aldr. pisc. p. 582. Phoxinus Bellonii.
Jonst. pisc. p. 154. t. 28. f. 2. *Will. ichth.* p. 268.
 Phoxinus lævis.
Brit. zool. 3. p. 318. n. II.
Raj. pisc. p. 125. Minow.

Gesn. Thierb. p. 158. b.

Glarte Bambele.

Habitat frequens & gregarius, ab aliis tamen piscibus segregatus, in Europæ, Sibiricæque fluviorum puriorem aquam vehentium, eo quod calorem amat, superficie, herbis & vermibus victitans, tarde crescens, fertilissimus, tri- aut quadriennis sub finem Junii ova in profundo pariens, lucii crebra præda, teretiussculus, squamis exilibus tenuibus, mucoque obductus, supra niger, vel ex atro cæruleus, ad latera striis alternis cæruleis, flavis & nigris, vel coccineis, dilute cæruleis, & argenteis, prætereaque transversis cæruleis aut nigris varius, carne exquisita.

Caput cuneatum, supra ex virescente atrum; oculi parvi, iride aurea; mandibulæ æquales margine rubræ; branchiarum opercula flava; dorsum & linea lateralis recta; pinna cinerea, basi macula rubra notata.

*Aphya. II. C. pinna ani radiis 9, iridibus rubris, corpore pellucido. Fn. sec. 374. **

D.10.P.12.V.7.A.9.C.19.

It. wgoth. 232. Cyprinus minimus.

D.11.P.8.V.8.A.9.C.19.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 143. n. 29. t. 97. f. 2. Cyprinus radiis novem in pinna anali dorsalique.

D.9.P.12.V.8.A.9.C.20.

Art. gen. 4. syn. 13. spec. 30.

Cyprinus biuncialis, iridibus rubris, pinna ani officulorum novem.

D.--P.--V.--A.9.C.--

Müll. prodr. zool. dan. p. 50. n. 431. Løje, Görloie, Kime, Gorkime, Gorkytte.

Habitat gregarius in maris septentrionalis europæi littore, fluviiisque in hoc potissimum redundantibus, a 1½ ad 4½ pollices longus, elongatus, crassus, teres, squamis mediocribus facile deciduis vestitus, supra fuscescens, ad latera infra lineam albicans, subtus albus aut ruber, carne sapida, alba.

Caput & os mediæ amplitudinis; mandibula superior ore clauso paulo longior; oculi iride flava, annulo rubro cincta; linea lateralis media recta; pinna cinerea, basi virescentes.

Leuciscus. 12. C. pinna ani radiis 18,
dorsali 9.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p.

141. n. 28. t. 97. f. 1. Cy-

prinus pinna ani radiis 11,

& 10 in pinna dorsali.

Art. syn. 9. Cyprinus novem
digitorum, rutilo longior
& angustior, pinna ani
radiatorum decem.

Bell. aq. p. 313. Leuciscus
f. albula.

Rondel. pisc. 2. p. 192. *Aldr.*

pisc. p. 607. Leuciscus
fecundus.

Gesn. aq. p. 26. *ic. anim.*

p. 290. Leuciscus fluvia-
tilis fecundus.

Brit. zool. 3. p. 312. n. 8.

Will. ichth. p. 260. *Raj.*

pisc. p. 121. Dace or Dare.

Jonst. pisc. p. 136. t. 26. f. 11.

Gesn. Thierb. p. 162.

Blicke, Laugeler.

*Habitat in Germaniæ australis, Galliæ, Italiæ, Angliæ
aquis fluentibus purioribus, in Sibiria quoque lacu
Baunt, a 6 pollicibus ad 1½ pedem longus, muscis,
culicibus, vermibus victitans, Junio pruriens, ferti-
lissimus, perniciosissime natans, lucii percaque fluviatilis
crebræ prædæ, argenteus, supra fuscescens, elongatus,
squamis mediæ magnitudinis vestitus, carne alba, sapida.
Caput parvum; oculi iride flavicante; os amplum; bran-
chiarum opercula diphylla; linea lateralis curvata, ventri
propinqua; dorsum convexum; pinnæ albidæ.*

Dobula. 13. C. pinna ani dorsali que ra-
diis 10. *Müll. zool. dan.*

prodr. p. 50. n. 432.

Bloch Fisch. Deutschl. 1. p.

42. n. 5. t. 5. Cyprinus

oblongus pinna ani dor-

fali que radiis 11.

Art. syn. 10. Cyprinus pe-

dalis, gracilis, oblongus,

D.9.P.--V.--A.10.C.19.

D.10.P.15.V.9.A.11.C.18.

D.10.P.15.V.9.A.10.C.19.

D.11.P.15.V.9.A.11.C.18.

crassiusculus, dorso crasso,
pinna ani officulorum 9.
Lesk. spec. p. 38. n. 6. Cy-
prinus Jese pedalis sub-
teres, &c.

Kram. cl. p. 394. n. 10. Cy-
prinus pinna ani radiis
11, &c.

Klein miss. pisc. 5. p. 66. n. 5.
Leuciscus spithamæ mag-
nitudinis, squamis ma-
jusculis, &c.

Aldrov. pisc. p. 603. Will.
ichth. p. 261. Capito flu-
viatilis f. squalus minor.

Gesn. Thierb. p. 170. Hasele.

Habitat in Danix, Borussix, Silesix, Germanix, Gallix
lacubus, aquam puriorem in fundo margaceo aut saxoso
continentibus, ex eorum fundo vere in fluvios ascendens,
q Martio ad Majum ova pariens, virescentia 26460, hiru-
dinibus aliisque vermibus vitans, & herbis, vitæ minus
tenacis, vix ultra 10 pollices longus, angustus, oblongus,
squamis mediæ magnitudinis ad marginem nigro-puncta-
tis vestitus, supra virescens, subtus ex argenteo cærule-
scens, mas junior pruritus tempore nigro-maculatus.

Caput obtusum, supra latum, ex cinereo nigrum; oculi
iride flava, supra macula viridi notata; mandibulæ 2
dentium uncinatorum ordinibus armatæ, altero dentium
5, posteriore 2; dorsum teres; lineæ lateralis deorsum
flexa, flavo-punctata; pinnæ juniore alba; adultiori
ventrales & analis rubræ, pectorales flavæ, dorsalis
virescens, caudalis cærulescens.

Griffagi- 14. C. pinna ani radiis 11, pin-
ne, nis albertibus. *Fn. succ.*
367. ad. upf. 1744. p.
35. t. 3.

Art. syn. 5. spec. 12. Cy-
prinus oblongus, figura
rutili, pinna ani officulo-
rum 10.

D.10.P.16.V.9.A.11.C.19.

Art. gen. 5. Cyprinus ob-
longus, iride argentea,
pinnis albertibus.

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus.

Gron. musf. 2. n. 148. Cy-
prinus idem. D. II. P. II. V. 9. A. II. C. --
Habitat in Europæ lacubus; an satis distinctus a Dobula?

Idbarus. 15. *C. pinna aniradiis 12, pinnis*
ventralibus fanguineis. D. 10. P. -- V. -- A. 12. C. 19.
Habitat in Sueciæ lacubus; an ab Ido vere diversus?

Rutilus. 16. *C. pinna ani radiis 12, ru-*
bicunda. Fn. succ. 372.
Koelreuternov. comm. Pe-
trop. 15. p. 494. D. II. P. 18. V. 10. A. 13. C. 30.

Art. gen. 3. syn. 10. spec. 10.
Cyprinus iride pinnis
ventris ac ani plerumque
rubentibus. D. 13. P. 15. V. 9. A. 12. C. 17.

Gron. musf. 1. n. 8. zooph.
p. 107. n. 338. act. Helv.
4. p. 268. n. 183. Cyprinus
oblongus, cauda lun-
ulata, &c. D. 12. P. -- V. 9. A. 13. C. --

Gron. act. upf. 1741. p. 74.
n. 51. Idem. D. 10. P. II. V. 10. A. 15. C. --

Gron. act. upf. 1741. p. 74.
n. 52. Rex van Ruy. D. 10. P. 12. V. 9. A. 15. C. 22.

Bloch Fisch, Deutschl. 1. p.
32. n. 2. t. 2. Cyprinus
iride pinnis omnibus ru-
bris & in anali radiis 14. D. 13. P. 15. V. 9. A. 14. C. 20.

Klein. pisc. miss. 5. p. 67. n.
9. t. 18. f. 1. Leuciscus
dorso & pinna dorfr ex
cæruleo fuscis, &c.

Gesn. aq. p. 281. Aldr. pisc.
p. 621. Jonst. pisc. p. 130.
Will. ichth. p. 262. Ruti-
lus s. Rubellus fluviatilis.

Brit. zool. 3. p. 311. n. 7.
Roach.

Gesn. Thierb. p. 167. Rotten.
Habitat in Europæ & borealis Persiæ aquis purioribus, in
arenaceo aut margaceo solo fluentibus vel stagnantibus, in
caspio quoque mari, per turmas nonnunquam incedens,
vix 1½ libras pondere æquans, vitæ tenax, Maji medio
meridie ova pariens numerosissima (54570) virescentia,

PISCES ABDOMINALES. Cyprinus.

1427

cocti rubentia, vermibus aquaticis herbisque victans, piscium majorum aviumque aquaticarum frequens præda, callide se abscondens, squamis latis rectus, argenteus, dorso ex virescente niger, carne alba, sapida.

Caput mediæ magnitudinis; oculi (junioris) iride superius rubicunda; mandibulæ æquales, utraque serie dentium 5, ad latera compressorum, apice incurvorum armata; labia rubra; linea lateralis deorsum flexa, ex punctis 36 constata; pinnae ventrales & analis sanguineæ, reliquæ spadiceæ, dorsalis ventralibus opposita.

Idus. 17. C. pinna ani radiis 13, rubra. *Fn. suæc. 362. Müll. prodr. zool. dan. p. 51. n. 436. Kram. el. p. 394. n. 11. S. G. Gmelin it. 3. p. 241.*

D.10.P.18.V.10.A.13.C.19.

Art. gen. 5. syn. 14. spec. 6. Cyprinus iride sublutea, pinnis ventralibus anique rubris.

D.11.P.-- V.10.A.13.C.19.

Gron. mus. I. p. 3. n. 13. Idem.

D.10.P.20.V.9.A.13.C.24.

Bloch Fisch. Deutschl. I. p. 253. n. 22. t. 36. Cyprinus corpore crasso, pinna ani radiis 13.

* D.10.P.17.

Habitat in Europæ magis septentrionalis aquis dulcibus purioribus, præsertim lacubus majoribus, ex quibus Aprili & Majo in fluvios ascendit, in locis rapidioribus ad saxa denudata triennis jam ova pariens, flavicantia (67600), in mari quoque caspio obvius, a 1½-2 pedes longus, fertilis, vitæ tenax, herbis in fundo nascentibus vermibusque victans, crassus, squamis magnis rectus, supra niger, subtus albus, ad latera supra lineam cæruleus, infra illam ochroleucus, carne tenera alba sapida.

Caput crassum, truncatum, fronte nucaque nigrum, genis ex flavo cæruleus; oculi mediocres, iride ochroleuca; os parvum edentulum; mandibula superior longior; dorsum convexum, leviter arcuatum; linea lateralis infra caput flexa; pinnae radiis plurimis ramosis, dorsalis ventralibus opposita, caudalisque lata, lunata; cinerea; pectorales flavicantes, ventrales intermedia auctæ, acutæ, medio rubrae, ad latera & basi albæ; analis rubra basi alba.

Orfus

18. C. pinna ani radiis 13.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p.

138. n. 27. t. 96. Cyprinus

corpore colore croceo,

pinna ani radiis 14.

Art. syn. p. 6. n. 8. Cy-

prinus Orfus dictus.

Kleinmiss. pisc. 5. p. 66. n. 4.

Leuciscus in dorso & lateribus

flavicans, &c.

Gesn. ic. an. p. 298. Capito

fluviatilis subruher.

*Aldr. pisc. p. 605. Jonst.**pisc. p. 153. t. 2. f. 7. t.*

26. f. 9. Orphus Germanorum

f. Capito subruher.

Will. ichth. p. 253. t. Q. 9.

f. 1. 2. Raj. pisc. 118.

Frow-fisch.

Marf. Danub. 4. p. 13. t. 3.

Nerfling, Brauenfish, Ja-

keseke, Jals.

*Gesn. Thienb. p. 166. b.**Meyer Thier. 2. p. 31.*

t. 43. Orfe, Orff, Urff,

Erste, Nörfling, Wüsch-

ling, Elff.

Caput magnum, depressum, breve; dentium lanceolatorum plures ordines; cirri inæquales, ad dimidium pollicem longi, hinc inde ramosi, 1 etiam ante nares; foramen temporum amplum; spiracula 5; anus in medio; pinna dorsalis prima ano opposita; caudalis subdivisa.

nigrinus. 19. Sq. cauda elongata, spiraculis 2 postremis confluentibus.

Ind. zool. t. 13. f. 2.

Bloch aust. Fisch. 1. p. 19. n. 4. Squalus corpore fasciato, ore cirroso.

Gron. mus. 1. n. 136. zooph. n. 147. Squalus capite obtuso, cirris duobus ad maxillam superiorem dorso vario inermi.

Seb. mus. 3. p. 105. t. 34. f. 1. Squalus varius, naribus ori proximis, foraminibus pone oculos, spiraculis utrinque quaternis, cauda longissima.

Hermann tab. affin. an. p. 302. Squalus spiraculis quaternis, cirris oris duobus, corpore rufo albo transversum fasciato.

Brousson. ad. Paris. 1780. p. 658. Tigre.

Habitat in Oceano indico, ad 15 pedes longus, crassus, oblongus, niger, maculis fasciisque nigris, subtus canescens, testaceis & cancris vicinans.

Caput latum, anterius planum & declivè; os inferum transversum, cirris 2 barbato; labium superius crassum prominens; mandibulæ dentibus minimis, superior mobilibus, radulæ instar asperæ; lingua brevis crassa; oculi parvi oblongi, pupilla cærulea, iride nigra; abdomen latum; pinnae pectorales breves, latae, dorsalis prima ventralibus, altera anali opposita; cauda utrinque compressa, apice folii instar tenuis, pinna longa apicè emarginata.

africanus. 20. Sq. fasciis septem nigricantibus parallelis longitudinalibus pictus.

Brousson. *Act. Paris.* 1780. p. 659. n. 9. Galonné.

Habitat in mari africano, $2\frac{1}{2}$ pedes longus, squamis minutis subquadratis vestitus.

Caput corpore paulo latius; depressum; oculi mediocres oblongi, iride virescente, triplo majores foramine temporum; rictus semicircularis; dentes compressi, elongati acuti in series dispositi, superiores transversas, inferiores obliquas; palatum & lingua tuberculis mollibus sparsis inæqualia; ad nares lobi duo, quorum alter major nares fere claudit; spiracula 5; pinnæ pectorales horizontales; ventrales subtriangulares apice obliquæ, analis oblonga, antè rotundata, postè acuminata; dorsalis prima ponè medium dorsi; altera analis postèriori parti opposita; caudalis rotundata.

ocellatus. 21. Sq. litura magna rotunda nigra, circulo albo cincta, ad utrumque colli latus.

Brousson. *act. Paris.* 1780. p. 660. n. 10. Gillé.

Habitat in oceano pacifico ad novam Hollandiam, $2\frac{1}{2}$ pedes longus, cinereus, guttatus, subtus ex cinereo virescens, elongatus.

Caput breve immaculatum; oculi parvi oblongi, supra foramen temporum oblongum, mediocres; dentes plurimi, parvi, compressi, acuti, basi dilatati, nares apici rostri proximæ; lobulo fere clausæ; spiracula 5, postrema 2 approximata; pinnæ pectorales & ante medium corporis sitæ ventrales rotundatæ nigricantes, margine cinereæ; pinna dorsalis prior anali posterior, margine anteriore maculis 2 nigris notata, postèrius emarginata; altera paulo minor, ceterum similis; analis caudali emarginatæ proxima.

Zygæna. 5. Sq. capite latissimo transverso malleiformi. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 52. *Art. gen.* 67. *syn.* 96. *Grøn. mus.* 1. n. 139. *zoph.* n. 146.

Bloch. ausl. Fisch. 1. p. 29. n. 8; t. 117. Squalus corpore malleiformi.

Klein miss. pisc. 3. p. 13. n. 1. Cestracion fronte artus forma. *Salv. aq.* p. 128. 129. Libella Ciambetta.

Bellon. aq. p. 61. Libella, Balista, Cagnolu.

Mus. Bæser. p. 55. t. 25. Sphyræna Gilii.

Aristot.

PISCES CHONDROPTERYGII. Squalus 1495

Aristot. anim. l. 2. c. 15. Aelian. an. l. 9. c. 49. Gessn. ag. p. 1050. icon. an. p. 150. Aldrov. pisc. p. 408. Jonst. pisc. p. 29. t. 7. f. 8. 9. Rondel. pisc. l. p. 389. Zygæna.

du Terr. ant. 2. p. 207. Zigène.

Fermin Turin. 2. p. 248. Requin.

Lebat amer. 4. p. 301. Pantouffier.

Broussonet aḏ. Paris. 1780. p. 661. n. 11. Marteau.

Will. ichth. p. 55. t. B. 1. Raj. pisc. p. 20. n. 7. Balance-fish.

Habitat in Oceano, mari mediterraneo americano & indico, congenerum voracissimus, magis infestus, quam ipse carcharias, reliquis minus asper, crebro 6 pedes longus & ad 500 libras pondere æquans, 10-12 fœtus simul edens.

Caput ad utrumque latus elongatum, antè repandum, supra subtusque convexum, juniore latius, ad ejus fines utrinque oculi magni prominuli deorsum versi iride aurea, & propemarginem subtus nares oblongæ, membrana tectæ; prope trunci initium os arcuatum, 3-4 in utraque mandibula dentium latorum acuminatorum utrinque ferratorum ordinibus horrens; lingua crassa, lata, humana similis; truncus elongatus, teres; pinnæ margine lunata, basi nigræ, ceterum cineræ; ventrales discretæ, analis & posterior dorsalis parvæ, anterior, capiti vicina, magna, caudalis longæ.

Tibur. 6. Sq. capite latissimo cordato.

Klein miss. pisc. 3. p. 13. n. 2. t. 2. f. 3. 4. Cestracion capite cordis figura vel triangulari.

Marcgr. bras. p. 181. Tiburonis species minor.

Will. ichth. p. 55. t. B. 9. f. 4. Zygænae affinis capite triangulo.

Brousson. aḏ. Paris. 1780. p. 662. n. 12. Pantouffier.

Habitat in mari, Americam australem alluente, zygæna multum affinis; ac in tiburone diameter capitis longitudinalis transversæ pene æqualis, & linea a medio rictus ad rostri apicem ducta brevior multo, quam linea a medio rictus ad oculos ducta.

grifeus. 22. Sq. spiraculis utrinque sex.

Brousson. aḏ. Paris. 1780. p. 663. n. 13. Grifet.

Habitat paulo rarior in mari mediterraneo, 2½ pedes longus, murinus, parum asper, ut tamen in siccati pelle compareant squamæ minimæ lineæ media elevata inæquales.

Caput depressum obtusum; rictus amplus, arcuatus; mandibula inferior pluribus dentium maximorum, compresso-

• Dddd

PISCES CHONDROPTERYGII. Squalus.

rum subquadratorum, ferratorum, superior ad latera simplici serie, & antè dentibus elongatis, acutis non ferratis, angustioribus, minoribus, acutioribus, quam ad latera horrens; nares prope apicem rostri, partim lobulo clausæ; oculi apici adhuc propiores, magni, ovals; foramina temporum minima, ab oculis remota; spiracula maxima, approximata; linea lateralis exfoleta; pinna dorsalis unica, anali anterior, ceterum similis, paulo tamen major; pectorales horizontales, ventrales mediocres, semiovals; analis parva, antè obtusa, postè acuminata, media plane inter ventrales, & caudalis basin.

Vulpes. 23. Sq. caudæ lobo superiore longitudine corporis.

Art. syn. p. 96. Squalus cauda longiore, quam ipsum corpus.

Salv. aq. p. 130. Will. ichth. p. 54. t. B. 5. f. 2. Vulpecula.

Rondel. pisc. 1. p. 387. Vulpes.

Brit. zool. 3. p. 86. n. 6. t. 4. Sea fox.

Brousson. a. Paris. 1780. p. 664. n. 14. Renard marin.

Habitat in mari mediterraneo, eoque quod Scotiam & Cornubiam alluit, 7 pedes longus, squamis minimis tectus, supra ex cærulescente cinereus, subtus magis in album colorem vergens, voracissimus.

Caput conicum, breve; oculi grandes; mandibulæ tribus dentium triangularium, compressorum, acuminatorum, non ferratorum ordinibus horridæ; lingua obtusa; linea lateralis recta; pinna dorsalis prior in medio dorsi, ad cuius finem foveola triangularis, altera analis opposita subbiloba; ventrales valde approximatae, analis acuminata; caudæ lobus inferior vix ultra pedem longus, superior falcatus, sextuplo longior.

longicaudus. 24. Sq. cirris duobus ad maxillam superiorem, cauda longa.

Gron. mus. 1. n. 136. zool. 147. Squalus capite obtuso, cirris duobus ad maxillam superiorem, dorso vario inermi.

Seb. mus. 3. p. 105. n. 1. t. 34. f. 1. Squalus varius, narium ori proximis, foraminibus pone oculos, spiraculis utrinque quaternis, cauda longissima.

* * pinna anali, nullo foramine temporum.

glaucus. 14. Sq. caudæ lateribus lævibus, fossula ad extremum dorsi finem.

Syst. nat. XII. 1. p. 401. n. 14. Art. gen. 69. n. 13. syn. 98.

Olav. it. island. Müll. prodr. zool. dan. p. 39. n. 318. b.

Gunner. A. Nidros. 4. p. 1. t. 1. f. 1. Squalus fossula triangulari in extremo dorso, foraminibus nullis ad oculos.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 78. n. 2. p. 78. t. 86. Squalus absque foraminibus ad oculos.

Osborn. it. chin. p. 385. Squalus Ascensionis.

Klein miss. pisc. 3. p. 6. n. 2. Cynocephalus glaucus.

Rondel. pisc. 1. 378. *Gesn. aq.* p. 609. *Will. ichth.* 49. t. B. 8. *Raj. pisc.* p. 20. Galeus glaucus.

Brousson. ad. Paris. 1780. p. 665. n. 15. Glaucque.

Ad. angl. 68. p. 789. t. *Brit. zool.* 3. p. 84. n. 5. Blue Shark.

Habitat in omni mari frequenter audacissimus, 12-14 pedes longus, glaucus subtus albus, parum asper.

Caput subdepressum; oculi minuti subrotundi iride ochroleuca; dentes fere triangulares, elongati, acuti, non serrati, deorsum retrorsumque versi, non raro fossiles; anus caudæ proximus; pinnae dorsales muticæ glaucæ, prior, ventralibus anterior, fere triangularis, altera minor anali albæ posterior & æqualis; peñorales magnæ, longæ, emarginatæ ventralesque supra glaucæ, subtus albæ; caudalis glauca, in 2 lobos partita, quorum inferior triplo brevior.

Cornubi- 25. Sq. plicæ longitudinali ad utrumque caudæ latus.

cus.

Brousson. ad. Paris. 1780. p. 667. n. 16. Nez.

Brit. zool. 3. p. 92. n. 11. *Borlasi. Cornub.* p. 265. t. 26. n. 4. Porbeagle.

β) *Brit. zool. alt. ed.* 3. p. 104. t. 17. Beaumaris Shark.

γ) *Du Hamel hist. des pech.* 2. f. 9. Touille-bœuf.

Habitat in mari Cornubiam alluentē, teres, crassus, brevis, 2½ pedes modo longus, varius, parum asper.

Oculi grandes; rostrum conicum, prominens, poris pertusum; rictus amplus, dentibus plurimis oblongis, mobilibus, acutis, basi dilatatis, deorsum retrorsumque versis horridus; spiracula 5 maxima; linea lateralis supra oculos ortā, angulata, versus finem caudæ in plicam terminata; pinna dorsalis primæ ante medium corporis fere triangularis; altera multo minor, anali posterior & æqualis; peñorales inter apicem rostri & ventrales fere mediæ; cauda in lobos 2 magnos lanceolatos partita, superiore paulo longiore.

cinereus. 26. Sq. spiraculis utrinque septem.

Brousson. ad. Paris. 1780. p. 668. n. 17. Perlon.

Habitat in mari mediterraneo, ad glaucum colore suo satius accedens, 3 pedes longus, parum asper.

D d d d d 2

PISCES CHONDROPTERYGII. Squalus.

Oculi grandes, inter rostri apicem & spiraculum primum medii; dentes satis magni, compressi, acuti, sejuncti, ad latus paulisper recumbentes, deorsum retrorsumque versi; spiracula magna; linea lateralis distincta; anus paulisper ante medium corporis; pinna dorsalis unica; in medio corporis, anali major; pinnae pectorales pone spiraculum postremum, caudalis biloba.

maximus. II. Sq. dentibus conicis non ferratis.

Syst. nat. XIII. 7 p. 400 n. 11. *O. Fabric. Fn. groenl. p. 130. n. 90.* Squalus dentibus conicis, pinna dorsali anteriore majore.

*Gunner act. Nidrosf. 3. p. 33. t. 2.** Brugd.

Brousson. act. Paris. 1780. p. 669. n. 18. Le très-grand.

Habitat in oceano arctico, cetaceis minoribus victitans, quæ integra deglutit, pinna anali parva, dorsali secundæ posteriori, monstruosæ magnitudinis, ceterum carchariæ similis.

Carcharias. 12. Sq. dentibus triangularibus ferratis.

rias.

Syst. nat. XII. 1. p. 400. n. 12. *Art. gen. 70. syn. 98. O.*

Fabr. Fn. groenl. p. 127. Müll. prodr. zool. dan. p.

38. n. 316. Gunner act. Nidrosf. 2. p. 370. t. 10. 11.

Squalus dorso plano, dentibus ferratis.

Gron. mus. 1. 138. zooph. 143. Squalus capite subdepresso, rostro subacuto, pinnis pectoralibus maximis.

Bloch ausl. Fisch. 1: p. 33. n. 119. Squalus corpore cinereo, dorso lato.

Brown jam. p. 458. n. 2. Squalus capite subacuto, dentibus lanceolatis ferratis, sex ordinibus dispositis, pupilla longiori angusta.

Klein miss. pisc. 3. p. 5. n. 1. Cynocephalus albus.

Squali solius maris incolæ, in mari baltico variores, noctu splendentes, elongati, subcompressi, vivos edunt sætus, plures simul, quam rajæ, similiter tamen singulos involucro quadrangulo inclusos, setis longis ad angulos affixis, magnitudine insigni spectabiles, ut prostant exempla, 1000 & 4000 libras pondere æquantium, carne tenaci, dura, graveolente, vix ex junioribus esculenta, parum pinguedine ex hepatis potissimum excocta, & cute ad polienda ebur, lignum & alia, ad conficiendas ex ea curraum lineas & dorii speciem magis utiles, dentibus molaribus carent; pauciores gregarii molluscis aliisque vermibus marinis victitant, plurimi solitarii, vagi, voracissimi, quæcunque fere obvia, potissimum animalia majora appetunt, ideo naves frequenter sequuntur, quicquid ex iis vel vivum vel mortuum in mare delabatur, rapientes; plures species adhuc parum cognitæ qualis, e. g. edentula; à Brunnichio pisc. massil. p. 6. memorata.

PISCES CHONDROPTERYGII. Squalus. 1499

Aristotel. hist. anim. l. 5. c. 5. l. 9. c. 37. Plin. hist. mund. l. 9. c. 24. Rondel. pisc. 1. p. 390. Lamia.

Athen. l. 7. p. 306. 310. Bellon. aq. p. 58. Gesn. aq. p. 173. icon. anim. p. 151-153. Thierb. p. 81. 82. Aldrov. pisc. p. 381. 382-387. Jonst. pisc. p. 24. t. 6. f. 6. Carcharias canis f. Lamia.

Fermin Surin. 2. p. 248. du Tertre Antill. p. 202. Brousson. aq. Paris. 1780. p. 670. n. 19. Requin.

Brit. zool. 3. p. 82. n. 4. Will. ichth. p. 47. t. B. 7. Raj. pisc. p. 18. White Shark.

Habitat in oceani abyssu, præda tantum in superficiem allectus, omnium animalium facile voracissimum, ut nec homini, nec propriæ soboli parcat, prædamque integram sæpe adhuc vivam deglutiat, ut Jonam, prophetam, veterumque profanorum Herculem trinoctem, in hujus ventriculo tridui spatio hæsisse, veri speciei haud careat; cinereus, elongatus, depressus, asper, haud raro 30 pedes longus, a remora, & physetere macrocephalo frequenter infestatus & agitatus, carne sapidiore, quam congeneres.

Caput depressum, anterius latum & tenue, in acumen breve desinens; oculi laterales, parvi, subrotundi, iride cinerascens, membrana niditante cartilaginea alba; nares duplices, membrana quadam semitectæ; rictus amplus, sex (juniori paucioribus) dentium, frequenter fossilium, triangularium (juniori nondum serratorum) ordinibus, posterioribus mobilibus, singulis 30 circiter dentium, in utraque mandibula horrens; lingua crassa, brevis, lata, cartilaginea; pinnae fuscescentes, (juniori) ad angulum macula nigricante notata; pectorales maximæ; dorsalis prima ante medium corporis posita, superius rotundata, altera; inter ventrales & caudalem media, anali anterior, ventralesque parvæ; caudalis longa, biloba.

*** pinna anali nulla, foramine temporum.

Præcis. 15. Sq. rostro elongato plano, per totam longitudinem utrinque dentato.

Syst. nat. XII. 1. p. 401. n. 15. Fn. suec. 297. Mus. Ad. Fr. 1. p. 52. O. Fabric. Fn. groenl. p. 130. n. 91. Müll. prodr. zool. dan. p. 38. n. 319. Squalus pinna ani nulla, rostro ensiformi osseo plano utrinque dentato.

Art. gen. 66. syn. 93. Gron. mus. 1. n. 132. zool. n. 148. Brown. jam. p. 458. n. 1. Squalus rostro longo cuspidato osseo plano utrinque dentato.

Bloch aul. Fisch. 1. p. 41. n. 11. t. 120. Squalus rostro serrato.

Dddd 3.

PISCES CHONDROPTERYGIL. Squalus.

Klein miss. pisc. 3. p. 12. n. 11. t. 3. f. 1. 2. Galeus rostro longo plano firmo, &c.

Marcgr. brasíl. p. 158. *Pisc. ind.* p. 54. Araguagua.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 2. Serra.

Clus. exot. p. 135. *Aldrov. cet.* p. 692. *Olear. Kunst.* p. 41. t. 26. f. 1. *Gesn. ag.* p. 739. *icon. anim.* p. 171.

Thierb. p. 101. *Will. ichth.* p. 61. t. B. 9. f. 5. *Raj. pisc.*

p. 23. *Rondel. pisc.* p. 487. *Pristis* f. Serra.

Jonst. pisc. p. 15. t. 4. f. 1. *Blas. anat.* p. 307. t. 49. f. 13. *Xiphias* f. *Gladius*.

Du Tertre antill. p. 207. Spadon.

Bell. ag. p. 66. Langue de serpent.

Brousson. ađ. Paris. 1780. p. 671. n. 20. Scie.

Habitat in oceano septentrionali, & americano australi, ad 15 pedes longus, laevis, supra nigricans, ad latera cinereus, subtus albus.

Caput antice planum; rostrum ad 5 pedes longum, cute coriacea obductum, dentibus ossis in variis exemplis & alterutro latere numero diversis, in scetibus nondum vel recens editis molle, dentibus sub cute latentibus; os transversum; dentes granulati; oculi magni, iride aurea; spiracula 5; pinna dorsali prima ventralibus opposita; altera inter primam & caudæ apicem media; pectorales latæ longæque; caudalis brevior, quam congeneribus.

spinosus. 27. Sq. tuberculis magnis mucronatis per totam superficiem dispersis.

Brousson, ađ. Paris. 1780. p. 672. n. 22. Bouclé.

Habitat in Oceano, 4 pedes longus, tuberculis inæqualibus basi latæ & rotundis apice mucronatis aut bimucronatis subrecurvis hispidus.

Oculi grandes; rostrum prominens, conicum; nares ante oculos positæ; rictus mediocris; dentium subquadratorum, compressorum, margine angulorum ordines plures; spiracula 5; pinnæ dorsales caudæ propinquæ; prior paulo major, ventralibus oppositæ; hæc a rostri apice solito remotiores, pectoralibus magnis fere æquales; caudalis angulosa.

Acanthias. I. Sq. pinnis dorsalibus spinosis, corpore teretiusculo. Fn. succ. 295. Mus. Al. Fr. I. p. 53. It. wgoth. 174. Art. gen. 66. syn. 94. spec. 102. Müll. prodr. zool. dan. p. 37. n. 311. Gron. mus. I. n. 134. zool. n. 149. Squalus rostro subacuto, pinnis dorsalibus uniradiato-spinosis, anali nulla.

PISCES CHONDROPTERYGII. Squalus. 1701.

Bloch Fisch Deutschl. 3. p. 74. n. 1. t. 85. Squalus corpore teretiufculo, dorso biaculeato.

Brown jam. p. 458. n. 3. Squalus dorso bipenni, utraque aculeo majori armata, pinnis ani geminis.

Salv. aq. p. 135. b. f. p. 136. *Bellon. aq.* p. 65. Mustelus spinax.

Arist. hist. anim. l. 6. c. 10. Ἀγρίδου γαστήρ.

Klein miss. pisc. 3. p. 8. n. 1. t. 1. f. 5. 6. *Rondel. pisc.* 1. p. 373. *Gesn. aq.* 607. *Will. ichth.* p. 76. t. B. 4. f. 1.

Raj. pisc. p. 21. Galeus acanthias sive spinax.

Brousson. aq. Paris. 1780. p. 673. n. 22. Aiguillat.

Brit. zool. 3. p. 77. n. 2. Ricked Dogfish.

Fernandinus. β) Sq. pinnis dorsalibus spinosis, corpore tereti ocellato. *Molin. hist. nat. Chil.* p. 202. n. 12.*

Habitat in omni mari, rarior in baltico, 3½ pedes circiter longus, clupeas, gadosque exagitans, aculeis minimis, retrorsum uncinatis asper, supra nigricans, hinc inde (junior magis) albo guttatus, ad latera albus, in violaceum colorem vergens, & sulcis transversis angulatis inæqualis, subtus albus, vitello Norwegis eduli.

Caput deorsum compressum, cuneatum, anteriori tenue, obtusum, pellucidum; oculi laterales, oblongi, iride ex albo carulea; pone hos foramen temporale & utrinque 4 pororum muciferorum ordines; nares duplices mediæ inter apicem capitis & os transversum; dentes parvi, singuli acie, radicibus 2, & 2 cuspidibus instructi, in tres series, singulas dentium 26, digesti; abdomen latum & longum; linea lateralis recta; pinnæ nigricantes; pinnæ dorsalis utriusque radius primus spinosus; jam in fœtu conspicuus, in adulto validus, offeus, subtriqueter, albus, hinc inde ad venenæ relatus, in β) eboris duritie, apice recurvus, 2½ pollices longus, ad dolores dentium mitigandos adhibitus; pinna caudalis caudam utrinque cingens, supra longior.

Spinax. 3. Sq. subtus nigricans.

Syst. nat. XII. 1. p. 398. n. 3. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 49.* *Fn. succ.* 296. *Art. gen.* 97. *Syn.* 95. Squalus pinna anali nulla, dorsalibus spinosis, naribus terminalibus.

Gunner. aq. Nidros. 2. p. 213. t. 7-8. Squalus niger.

Will. ichth. p. 57. *Raj. pisc.* p. 21. Galeus acanthias s. spinax fuscus.

Edw. glean. t. 289. Mustelus s. Spinax.

Brousson. aq. Paris. 1780. p. 675. n. 23. Sagre.

Habitat in Oceano, acanthiæ multum affinis.

Squamus. 28. Sq. squamis parvis oblongis vestitus.
Brousson. ađ. Paris. 1780. p. 675. n. 24. Ecailleux.

Habitat --- *centrina affinis, at squamis sat magnis ovalibus linea mediã longitudinali elevata inæqualibus vestitus, crassus, teres, 3 circiter pedes longus.*

Oculi oblongi, supra rictum oris & ante foramen temporum positi; rostrum oblongum, depressum; nares magnæ, lobo membranaceo partim tectæ; osis rictus mediocris & arcuatus; dentes subquadrati, margine angulosi, inferiores majores; pinnae dorsales oblongæ, plurimam dorſi partem occupantes, medio radio spinoso; prior major, posterius longior & angusta; altera ventralibus posterior; pectorales mediocres versus basin angustatæ, ventrales semioyales, caudati proximæ, hæc iniſio rotundata, versus finem dilatata.

Centrina. 2. Sq. corpore subtriangulari.

Syst. nat. XII. 1. p. 398. n. 2. Art. gen. 67. n. 5. syn. 95. 7 Müll. prodr. zool. dan. p. 37. n. 313. Squalus pinna anali nulla, dorsalibus spinosis, corpore subtriangulari.

Bloch aust. Fisch. 1. p. 23. n. 6. t. 115. Squalus unica serie dentium incisorum in maxilla inferiore.

Klein miss. pisc. 3. p. 10. n. 7. Galeus brevis crassus, pinnis dorsalibus spinosis, ano caudæ proximo.

Bellon. aq. p. 62-64. Vulpecula.

Alian. anim. l. 1. c. 55. l. 2. c. 8. Gesn. aq. p. 609. ic. anim. p. 146. Thierb. p. 78. b. Salv. aq. p. 156. b.

Rondel. pisc. 1. 384. Aldrov. pisc. p. 401. Jonst. pisc. p.

28. t. 8. f. 4. 5. Will. ichth. p. 58. t. B. 1. & 2. Raj. pisc. p. 21. Centrina.

Brousson. ađ. Paris. 1780. p. 676. n. 35. Humantin.

Habitat in mari mediterraneo, rarior ad littora, 3-4 pedes longus, supra fuscus, carinatus, subtus albidus, latus, cute tuberculis duris erectis, & tunica crassa a liposa vestitus, carne durissima.

Caput parvum, planum, apice obtusum; oculi oblongi, semitecti, iride flavicante; os inferum; hians, angustum; dentium acutorum in mandibula superiori series tres, in inferiori unica; cauda brevis, utrinque compressa, pinna brevi; pinnae dorsales magnæ, medio radio spinoso; posterior ventralibus opposita, pectorales & ventrales duplices.

indicus. 29. Sq. dorso vario inermi, dentibus acutis. *Gron. mus. I. n. 133. zoophyl. 150.*
Habitat in Oceano indico.

americana- 30. Sq. pinnis dorfalibus inermibus: posteriore majore, ven-
 nus. tralibus magnis caudæ proximis.

Broussonet ad. Paris. 1780. p. 677. n. 26. Liche

Habitat ad promontorium Breton, 3 pedes longus, asper, squamis parvis angulosis vestitus, teres.

Caput magnum; rostrum breve, obtusum; dentes oblongi, acuti, compressi, in plures ordines digesti, maximi margine ferrati; nares amplæ, ad latera apicis rostri posita; oculi grandes, naribus propiores, quam spiraculo primo; foramen temporum ab oculis remotum; spiracula 5 parva; postrema 2 approximata; pinna dorfalis prima ante medium corporis posita, altera anali paulo posterior; pectorales subovales, caudalis lanceolata.

Squatina. 4. Sq. pinnis pectoralibus maximis antierius emarginatis.

Syst. nat. XII. I. p. 398. n. 4. Mus. Ad. Fr. 2. p. 40. Art. gen. 67. n. 6. syn. 95. Squalus pinna anali nulla, caudæ duobus, ore terminali, naribus cirrosis.*

Gron. mus. I. 137. zooph. 151. Squalus capite plagio-plateo lato, ore in apice capitis, naribus cirrosis.

Bloch aust. Fisch. I. p. 25. n. 7. t. 116. Squalus corpore depresso.

Klein miss. pisc. 3. p. 14. n. 1. t. 2. f. 5. 6. Rhina five Squatina autorum.

Aristotel. hist. anim. l. 2. c. 15. l. 5. c. 5. 10. II. l. 9. c. 37. p. 11.

Salv. aq. p. 151. Squadro.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 12. 24. 42. 51. l. 32. c. 9. Rondel. pisc. I. 367. Gesn. aq. p. 899. 902. icon. anim. p. 39. 40.

Thierb. p. 165. b. 166. Aldrov. pisc. p. 472. Jonst. pisc. p. 39. t. II. f. 7. Bellon. aq. p. 78. Will. ichth. p. 97.

t. D. 3. Raj. pisc. p. 26. Squatina.

Brousson. ad. Paris. 1780. p. 678. n. 27. Ange.

Brit. zool. 3. p. 74. n. 1. Angelfish.

Habitat in Oceano septentrionali, & mari mediterraneo, 6-8 pedes longus, gregarius, piscibus potissimum minoribus vicatans, ad 13 usque fœtus simul edens, supra cinereus, aculeis parvis retrorsum curvis asper, subtus lævis, albus, ore terminali, pinnarum pectoralium ambitu, forma caudæ & depresso corporis ad rajas accedens.

PISCES CHONDROPTERIGII. Squalus.

Caput planum, circulare, trunco latius; os latum; mandibulæ protrusiles, pluribus dentium acuminatorum, incurvorum, juniore & in mandibula superiore paucioribus, ordinibus armatæ; lingua lata, tenuis, lævis, acuminata; nares ad marginem anteriorem positæ, membrana tectæ, in 2 cirros desinente; prope hunc marginem quoque oculi parvi, pupilla thalassina, iride flava; pone hos foramen temporum semilunare; spiracula 5 semilunaria; abdomen longum & latum; anus oblongus, pedunculis 2 cartilagineis in mare appositis; pinnæ dorsales 2 caudæ insidentes, ventrales oblongæ, albæ, pectorales supra albæ, subtus margine fuscæ, caudalis perpendicularis sublunata.

*** edentuli, an Squali?

Massafa. 31. Sq. pinnis pectoralibus longis. *Forsk. Fn. arab. p. X. n. 17.*
Habitat in mari rubro.

Kumal. 32. Sq. pinnis pectoralibus brevibus, cirris oris quatuor. *Forsk. Fn. arab. p. X. n. 19.*
Habitat in mari rubro.

130. RAJA. Spiracula subtus ad collum utrinque
10, obliqua.

Os sub capite, parvo, acuminato, cum
pectore quasi continuo, transver-
sum, dentatum.

Corpus tenue, depressum, rhomboi-
deum.

* Dentibus acutis.

Torpedo. 1. R. tota lævis. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 50. * Art. gen. 73. syn. 102. Brunn. pisc. mass. p. 1. Bloch austr. Fisch. 1. p. 44. n. 7. * t. 122. 3. p. 118.*

Gronov. zooph. n. 152. Raja dorso monopterygio, cauda brevi apice pinnato, lævis, inermis, rostro subobtus.
Aristot. hist. anim. l. 2. c. 13. 15. Ælian. an. l. 1. c. 36.

Oppian. Halieut. 1. 104. Naxos.

Klein miss. pisc. 3. p. 31. 32. Narcation 1-4.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 16. 24. 42. 51. Bellon. aq. p. 89. 93.

Gesn. aq. p. 988-992. ic. anim. p. 124-127. Thierb. p. 74-77. Rondelet. pisc. 1. p. 358-363. Aldrov. pisc. p. 417.

418. *Jonst. pisc. p. 30. t. 9. f. 3-6. Redi exper. p. 60. Kämpf. exot. p. 509-514. t. 510. Barthol. ad. Hafn. 5. obs. 97. Reaumur ad. Paris. 1714. Ringle disc. on the Torpedo Lond. 1774. Spallanzani epist. ad Lucchiesini. Pav. 1783. Torpedo.*

Salv. aq. p. 142. Occhiatella.

Will. ichth. p. 81. t. D. 4. Raj. pisc. p. 28. n. 1. Crampfish.

Brit. zool. 3. p. 67. n. 4. Crampray.

Kolbe ii. cap. p. 379. Geseckter Zitterfisch.

Habitat in Oceano Europæ septentrionali, potissimum in mari Mediterraneo, sinuque Persico, ad 20 usque libras pondere æquans, subtas alba, supra pro ætate, sexu, climate vario nunc ex cinereo fusca, nunc lateritia, nunc unicolor, nunc maculata, maculis ut plurimum 5 rotundis nigris, ad marginem dorsique spinam poris muciferis obstita, vitæ tenax, autumnno pariens, iners, omnium injuriæ obnoxia se vindicat idu vere electrico, quo contingens quodcumque animal, ejusve potius partes contingentes ferit, & quasi stupefacit, tanto debiliore, quanto piscis vitæ termino aut primo aut ultimo propior; caro mollis, mucosa.

Oculi minimi, dentes parvi; corpus orbiculatum; pinnæ 2 dorsales parvæ ad caudam longam utrinque carinatam; pinnæ caudalis obtusissima lobo superiore paulo majore.

Batis. 2. R. varia, dorso medio glabro, cauda unico aculeorum ordine. *Art. gen. 73. syn. 102. Müll. prodr. zool. dan. p. 37. n. 308.*

Rajæ, maris pariter solius incolæ, rariores in mari baltico, in abyssu ut plurimum, hieme in luto vel arena latent, cancris, testacels, aliis piscibus, et quibuscumque obditis animalibus viitant, homini ipsi periculosa, magnitudine spectabiles, (femina adhuc magis) ut ad 200 libras magnitudine æquent, recentes sævicia, coitu firmissime coherentes, parum fertiles, ut singulis partibus nec nisi unum edant (a Majo ad Augustum pergentes) sætum, folliculo inclusum nigro pallido, parallelepipedo, quadricorni, sub muris marini incongruo nomine noto, polyandria, subtus ut plurimum glabra (femina adhuc magis): Oculi membrana quasi nebula semitecti, oblongi, in latere capitis superiore: supra hos narium loco sulcus latus membrana reticulata septo divisa, ex plicis tristatis conflata ciliatus, valvula ope clausus; pone eum foramina 2 semilunaria, in 2 ductus ambo exeuntia, alterum valvula claudendum in os, alterum in branchias terminatum, operculo adnato clausas; lingua latissima, brevis, lavis; auditus organon mascule descripsit Camper ad. Paris, extran. vol. 6. Canalis cibarius brevis; abdominis cavum rotundum; seminis ovarium unicum, uteri tubaque 2; anus ad initium caudæ; tenuis longæ, ut plurimum pinnata & aculeata; pinnæ pefforales crassa cute obducta, truncum cingentes, ventrales basi cum analibus connata. Caro plurimum esculenta.

PISCES CHONDROPTERYGII. Raja.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 54. n. 1. t. 79. Raja cauda tantum aculeata.

Gron. musf. 1. n. 143. *zooph.* n. 157. Raja dorso dipterygio medio glabro, aculeorum ordine solitario ante pinnas dorsales, cauda gracili apice apterygio.

Klein miss. pisc. 3. p. 37. n. 14. Dasybatus in supina corporis parte versus alas quadantenus spinulis donatus, &c.

Jonst. pisc. p. 35. t. 10. f. 8: t. 11. f. 1. 6. Raja lævis.

Battuar. giorn. d'Ital. t. 9. *Bell. aq.* p. 89. *Salv. aq.* p. 149. Læviraja.

Rondel. pisc. 1. p. 348. Alia Raja Oxyrinchus.

Gesn. aq. p. 792. *ic. an.* p. 30. *Thierb.* p. 96. *Aldrov. pisc.* p. 452. *Will. ichth.* p. 69. t. C. 4. *Raj. pisc.* p. 26. n. 3. Oxyrinchus major.

Brit. zool. 3. p. 62. n. 1. Skate.

Habitat in Oceano europæo, congenerum maxima, ut ad 200 libras pondere æquet, & junior sapidissima, pinguedine sua etiam utilis, Martio & Aprili pariens, mucosæ tenaci obdūta, supra cinerea, interdum lituris nigris flexuosis varia, subtus alba, lineis punctorum nigrorum undulatis picta, circa oculos aculeis pluribus minutis uncinatis, ad utrumque latus recto solitario, mas interdum altera aculeorum serie ad caudæ latus armata.

Caput obtusum; oculi iride semilunari flava albo-marginata; dentium series plures; pinnae ventrales & analis singulae radiis 6; cauda acuminata, pinnis duabus.

Oxyrinchus. 3. R. varia, dorso medio tuberculis decem aculeatis. *Art. gen.* 72. *syn.* 101.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 57. n. 2. t. 80. Raja aculeorum ordine unico in dorso caudaque.

Klein miss. pisc. 3. p. 34. n. 8. Leobatus, pustulis inermibus, &c.

Bellon. aq. p. 79. Miraletus.

Salv. aq. p. 148. b. 150. Raja.

Rondel. pisc. 1. p. 344. *Jonst. pisc.* p. 35. t. 10. f. 1. 2.

Aldrov. pisc. p. 450. *Gesn. aq.* p. 790. *icon. an.* p. 129. Raja lævis.

Will. ichth. p. 71. t. D. 1. *Raj. pisc.* p. 26. n. 3. Raja oxyrinchos major.

Brit. zool. 3. p. 64. n. 2. Sharp-nosed Ray.

Gesn. Thierb. p. 68. b. Glattoche.

Habitat in Oceano europæo, & mari mediterraneo, ad 7 pedes longa, aculeis tribus circa utrumque oculum, pluri-

PISCES CHONDROPTERYGII. Raja: 1507

busque teneris per totam superficiem dispersis aspera, tenuissima, subtus alba, supra cinerea, guttis albis, maculis parvis obscurioribus, punctisque nigris varia, in dorso, præter aculeorum seriem, aliquando duobus adhuc aculeis horrido, cauda & pinnis ex nigricante rubra.

Caput acuminatum; dentium series plures; cauda pinnis 2 parvis membranaceis fimbriata, in mare nonnunquam utrinque aculeorum ordine armata.

Ovorum, quæ appellant, prunis injeçorum vapore, ore & naribus excepto, febres intermittentes pelli sibi persuadent Græci Turciam incolentes. Forsk. Fn. arab. p. 20.

Miraletus. 4. R. dorso ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 50. Art. gen. 72. syn. 101.*

Gron. zooph. 155. Raja dorso dipterygio, aculeorum ordine solitario, cauda gracili pinnata, ordine aculeorum terno, rostro subaculeato.

Klein miss. pisc. 3. p. 35. n. 2. Dasybatus in utroque dorfi latere macula magna oculi simili, &c.

Salv. aq. p. 150. Raja stellaris.

Jonst. pisc. t. 10. f. 4. Raja oculata.

Will. ichth. 72. Raj. pisc. p. 27. Raja lævis oculata.

Habitat in mari mediterraneo, supra utramque alam ocello notata.

fullonica. 5. R. dorso toto aculeato, aculeorum ordine simplici ad oculos, duplici in cauda. *Art. gen. 72. syn. 101.*

Rondel. pisc. 1. 356. Gesn. aq. 797. Raja fullonica.

Habitat in mari Europæo.

rubus. 10. R. ordine aculeorum in dorso unico, tribusque in cauda. *Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 67. n. 6. t. 83. 84.*

Klein miss. pisc. 3. p. 36. n. 6. 7. 8. Dasybatus elevatus, spinis clavis ferreis similibus, & Dasybatus clavatus, rostro acuto, & Dasybatus, rostro acutissimo, &c.

Bellon. aq. p. 79. Raja proprie dicta.

Rondel. pisc. 1. p. 853-856. Gesn. aq. p. 795-797. ic. an. p. 135-137. Thierb. p. 71. 72. Aldrov. pisc. p. 459-462.

Will. ichth. p. 74-78. t. D. 2. f. 1. 3. 4. Raj. pisc. p. 26. n. 2-5. Jonst. pisc. t. 10. f. 3. 9. t. II. f. 2-5.

Brit. zool. 3. p. 66. n. 3. Rough Ray.

Habitat in mari Europæo, præter aculeorum series aculeis in dorso 4, circa oculos 6, ad nares 2 majoribus, pluri-

PISCES CHONDROPTERYGII. Raja.

busque minoribus, ad pinnas dorsales pluribus minorum ordinibus, subtus decem majoribus spinis, & per totam reliquam superficiem innumeris tenerioribus horrida, supra flavicans, fusco maculata, subtus alba, clavata affinis.

Oculi posteriores; pupilla carulescente, iride nigra; os latum; dentes multi, cuneati; pinnae ventrales radiis 3, anales 6; prope has mari appendices 2 longae, pendulae, pinnam mentientes.

* * Dentibus obtusis.

Sephen. II. R. corpore suborbiculato, cauda duplo longiore subtus alata, supra aculeis duobus longis, utrinque ferratis. Forsk. Fn. arab. p. 17. n. 16.

Habitat in mari rubro, magna, ut dentur exempla, quae diametro 3 ulnas aequant, supra ex cinereo fusca, tuberculis plana, tribus albis in medio dorso magnis hemisphaericis longitudinali serie dispositis, subtus planissima, laevissima ex albo rufescens.

Oculi prominuli; nares fere longitudinales, maximam partem lobo coriaceo subcordato tectae; dentes granulati, planissimi; pinnae pectorales latissima, apice posteriori rotundato ventrales tegentes; haec multo minores, anum cingentes, ad exortum caudae affixae, appendicibus (in mare) conicis, coriaceis acutae; cauda supra tuberculata, pone spinas teres, sensim attenuata, aculeorum exilium serie longitudinali aspera; spinae lineari-lanceolatae, cute obtectae, de veneno suspectae; pinna membranacea nigra, pendula, ex oblongo lanceolata.

Aquila. 6. R. corpore glabro, aculeo longo ferrato in cauda pinnata. Mus. Ad. Fr. 2. p. 51. Art. gen. 72. syn. 100.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 59. n. 3. t. 81. Raja cauda pinnata aculeoque unico.

Klein miss. pisc. 3. p. 33. n. 4. Leionatus capite exserto, &c. Aristot. hist. anim. l. 5. c. 5. Αερω.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 24. Sal. aq. p. 146. b. 147. Aldrov. pisc. p. 438-440. Jonst. pisc. p. 33. t. 9. f. 8. 9. Will.

ichth. p. 64. t. C. 2. app. t. 10. Raj. pisc. p. 23. Aquila. Bellon. aq. p. 97. Gesn. aq. p. 75. icon. anim. p. 121. 122.

Thierb. p. 67. 68. Paralip. p. 38. Aquila marina. Rondel. pisc. I. p. 338. Pastinaca secunda species.

Col. cophr. I. p. 3. t. 2. Pastinaca marina laevis altera oxypterydes.

PISCES CHONDROPTERYGII. Raja.

1769

Habitat in maris mediterranei, rarior in europæi septentrionalis uliginosis, ad 300 usque libras pondere æquans, tardius natans, livida, dorsum versus fuscescens, subtus alba, ad latera in olivaceum vergens, lævis, cute crassa coriacea & mucro obducta, hepate eduli & oleum largiente, Caput, in acumen, breve, obtusum, supra subtusque sulco oblongo exaratum, terminatum; oculi prominentes, iride flava; nares oblongæ, transversæ, septo cartilagineo partita; tunica valida, in medio ligamenti ope firmata teçæ; labia mobilia; dentium confertorum plures ordines; pinnæ ventrales nullæ; cauda corpore longior in setam desinens, pinna exili, & spina serrata, interdum abrupta, aut duplici, pungente munita.

- Pastinaca.** 7. R. corpore glabro, aculeo longo antè ferrato in cauda & dorso apterygio. *Mus. Ad. Fr. 2. p. 51. Art. gen. 71. syn. 100. Müll. prodr. zool. dan. p. 37. n. 310. Gronov. mus. 1. 141. zool. 158. Raja lævis, dorso caudaque apterygius, aculeo postico ferrato in cauda. Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 62. n. 4. t. 82. Raja cauda apterygia, aculeo sagittato. Paster op. subsec. 2. p. 33. t. 4. f. 5-10. Raja cauda sagittata. Klein miss. pisc. 3. p. 33. n. 5. Leiobatus, in medio crassus, &c. Arist. hist. anim. 1. 1. c. 5. T, d, an. Plin. hist. mund. 1. 9. c. 24. 42. Rondel. pisc. 1. p. 231. Sal. aq. p. 144. 145. Pastinaca. Gesn. aq. p. 679. ic. anim. p. 121. 122. Thierb. p. 63. a. Jonst. pisc. p. 32. t. 9. f. 7. Pastinaca marina. Bellon. aq. p. 95. Raj. pisc. p. 24. Pastinaca marina lævis. Aldr. pisc. p. 426. Pastinaca marina nostra. Will. ichth. p. 67. t. C. 3. Pastinaca marina prima. Kampf. Jap. p. 155. Gej. Brit. zool. 3. p. 71. n. 6. Sting Ray.*

- Altavela.** β) Raja corpore glabro, aculeis duobus postice ferratis in dorso apterygio. *Syst. nat. X. 1. p. 232. n. 7. Col. aq. 4. t. 2. Will. ichth. 65. Raj. pisc. 24. Pastinaca marina altera pteryplateja s. Altavela.*

- Uarnak.** γ) Raja tota maculata. *Forsk. Fn. arab. p. 18. Habitat in omni mari europæo rubro, indico, ad 10 usque libras pondere æquans, mucro obducta, supra fusca, inter pinnas olivacea, subtus alba.*

PISCES CONDROPTERYGII. Raja.

Caput in acumen breve terminatum; oculi iride alba; pinnæ ventrales nullæ; caudæ aculeus sagittatus, pungendo dolorem excitans atque inflammationem, injuste tamen jamdudum veneni accusatus, quotannis delabens, novo succrescente; si ergo hoc fiat, antequam prior decidit, 2 interdum aculei.

clavata. 8. R. aculeata, dentibus tuberculosis, cartilagine transversa abdominali. *Fn. suec.* 293. *It. wgoth.* 175. *Art. gen.* 71. *syn.* 99. *spec.* 103.

Gron. mus. 1. 140. *zooph.* 154. Raja dorso dipterygio aculeis scabro, cauda ordine aculeorum solitario, apice pinnato, rostro acuminato.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 65. n. 5. t. 83. Raja ordine aculeorum unguiformium unico in dorso caudaque.

Klein miss. pisc. 3. p. 35. n. 4. t. 4. n. 7. Dasybatus clavatus, corpore toto maculis albidis rotundis, &c.

Ad. Sien. 4. p. 353. *Rondel. pisc.* 353. *Gesn. aq.* 795.

Will. ichth. 74. *Raj. pisc.* 26. Raja clavata.

Bellon. aq. 70. Raye bouclée.

Brit. zool. 3. p. 69. n. 5. Thornback.

Habitat in mari Europæo omni, Junio & Julio parturiens littora petens, ad 12 pedes longa, supra fuscescens, guttis plurimis albis, rarius albida, maculis nigris varia, præter ordinem aculeorum clavum mentientium per totum dorsum caudamque excurrentem, sparsis adhuc minoribus, majoribusque, qui delapsi maculam albam relinquunt, aculeis horrida, subtus alba; minoribus modo hinc inde spinis aspera: Hepar Norwegis oleum exhibet.

Caput longius, acuminatum; oculi iride semilunari fusca; dentes parvi, rotundi; lingua brevis, lata, glabra; cauda corpore longior, supra convexa, subtus plana, versus apicem pinnis aliquot simbriata; pinnæ ventrales radiis 3, anales 6.

Rhinobatos. 9. R. oblonga, unico aculeorum ordine in medio dorso. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. 24. *Art. gen.* 10. *syn.* 99.

Gron. zooph. 156. Raja dorso dipterygio, aculeorum ordine solitario, cauda lata pinnata inermi, rostro trigono productiore.

Forsk. Fn. arab. p. 19. n. 18. Raja Halavi.

Bell. pisc. 78. *Gesn. pisc.* 903. Squato-Raja f. Rhinobatos.

Salv. pisc. 153. *Will. ichth.* 79. *Raj. pisc.* 28. Rhinobatos f. Squatino-Raja.

Habitat

Habitat in mari mediterraneo, adriatico, rubro, supra ex cinereo flavescens, tuberculis versus medium dorsum & anteriorem oculorum marginem elatioribus scaber, serie aculeorum dorsali ante pinnam dorsi primam desinente, pone hanc tuberculis obtusis, margine prominente integerrima.

Pinnæ flavescentes; dorsales triangulares; prior paulo minor, leviter emarginata, pone medium corporis posita; pectorales semicordatae, extus rotundatae; ventrales semiovatæ (in mare) appendice duplici lineari libera, subcartilaginea, compressa, pinnis sesquolongiore auctæ; caudalis caudam cingens, ovata, margine obliqua.

djiddensis, 12. R. pinna caudæ biloba, aculeorum ordine dorsi initio triplici, dein simplici, pinna dorsi prima supra pinnas ventrales. *Forsk. Fn. arab. p. 18. n. 17.*

Habitat in mari rubro, adultis, 2 uinas longa, subaspera, pallide cinerea, supra maculis ovatis albidis varia, subtus albicans, pone anum vitis aliquot fuscis albisque inæqualibus ornata, margine parum prominente.

Caput triangulare, valde depressum, obtusum, subtus planum; oculi verticales iride alba, margine nigra, curvo aculeorum serie cincti; nares paulo ante os posita, obliqua, subcurva, antè lobo ovali pendulo fornicata; dentes ex hemisphærica ovales, contigui; dorsum elatius, ante pinnam dorsi primam magis convexum, post sensim depressum, inter utramque pinnam serie aculeorum simplici, pone secundam abruptæ; abdomen planum, pone anum pinna carentem linearem, longum, subconvexum. Pinnæ dorsales glaucescentes, subtriangulares, apice supra rotundatae; anterior in medio dorso incipiens, posterior caudæ planiusculæ propior, quam huic, pectorales obtuse triangulæ, ad apicem albido-maculatæ, ventralibus, forma similibus, basi sua anum includentibus quadruplo majores; caudalis dorsalibus similis.

Lymma. 13. R. corpore ovali lævi testaceo, maculis cæruleis, caudæ pinnata aculeo uno. *Forsk. Fn. arab. p. 17. n. 15.*

Habitat in mari rubro, prope Lohajam, vix pedalis, maculis inæqualibus ovatis varia, subtus albicans.

Oculi dimidia sui parte prominentes; dentes granulati; pinnæ pectorales pone acuminatae, ventrales ovatae; cauda corpore paulo longior, anteriore sui parte depressiuscula, apterygia, subtus alba, supra ex testaceo fusca, vitis 2 longitudinalibus cæruleis varia; in medio aculeo

¶ ¶ ¶ ¶

nonnunquam duplici longolato, cute ex cærulefcente fusca vestito, pro venenato habito, armata, inde compressiuscula, tota cærulefrens, utrinque membrana fimbriata, inferius latiore, apice alba, acuta.

Arnak. 14. R. corpore orbiculato argenteo, cauda tereti apterygia, spinis duabus. *Forsk. Fn. arab. p. IX. n. 13.*
Habitat in mari rubro, prope Lohajam.
Dentes granulati.

*** *Dubia.*

Ommef-icherit. 15. R. cauda tereti maculata. *Forsk. Fn. arab. p. IX. n. 12.*
Habitat in mari rubro, pastinacæ & Arnak similis.

Tajara. 16. R. subtus nivea, cauda tereti. *Forsk. Fn. arab. p. IX. n. 14.*
Habitat in mari rubro, capti pinnis vehementer verberans.

Schoukie. 17. R. aculeis remotis aculis. *Forsk. Fn. arab. p. IX. n. 15.*
Habitat in mari rubro; ex pelle ejus conficiuntur in urbe Suaken vagina gladiatorum.

Mula. 18. R. subtus nivea cauda tereti variiegata. *Forsk. Fn. arab. p. IX. n. 16.*
Habitat in mari rubro, noctu littori appropinquans, caudæ aculeo nocivo.

capensis. 19. R. dorso monopterygio, cauda brevi apice pinnato, lævis, inermis, rostro subobtusio. *Grön. zooph. 152.*
Habitat ad Caput Bonæ Spei, forma torpedini similis, et pinna dorfi solitaria discrepans, parva, ovali, inermi, ambitu orbicularis supra convexa, subtus plana.
Pinnæ ventrales magnæ, horizontales, fere parallelogrammæ, radio ultimo rigidiores, obtuso, validissimo; pinna ani nulla; caudæ perpendicularis, ovalis, brevis, ambitu arcuata. †)

†) Quorsum referendæ sint Raja a *Marcgrafio bras. p. 175.* inter brasiliensia animalia memorata, *Ajeroba, Jabebirete & Narithari,* & a *Forskæhlio Fn. arab. p. IX.* inter pisces archipelagi recensitus *Mudiaspa* spectet, magis adhuc dubium.

129. **PETROMYZON.** *Caput* corpore tenuius; os supra longius, quam subtus, dentibus aurantiis, intus cavis, & margine carneo cinctis, supra curvulis, infra latis armatum.

Spiracula 7 ad latera colli.

Fistula in nucha.

Pinnæ pectorales aut ventrales nullæ.

marinus. I. P. ore intus papilloso, pinna dorsali posteriore a cauda distincta. *Fn. succ.* 292. *Nau. Schrift. der berl. Naturf. Fr.* 7. p. 466.

Art. gen. 64. *syn.* 90. Petromyzon maculosus, ordinibus dentium circiter viginti.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 38. n. 1. t. 87. Petromyzon ordinibus dentium pluribus.

Klein miss. pisc. 3. p. 30. n. 3. Petromyzon.

Salv. aq. p. 62. b. Mustela.

Bellon. aq. p. 76. *Gesn. pisc.* 599. Mustelas Lampetra.

Rondel. pisc. 1. 398. Lampetra.

Gesn. paralip. p. 22. Lampreda marina.

Jonst. pisc. p. 18. Lampreda marina major.

Kæmpf. Jap. 1. t. 12. f. 2. Joatzmo Ungi.

Fermin. Surin. p. 85. Lamproie.

Brit. zool. 3. p. 58. n. 1. *Will. ichth.* p. 105. *Raj. pisc.* 35. Lambrey or Lambrey-Eel.

Habitat in omni mari Europæo, in mari Japoniam & australem Americam alluente, adscendens vere ova pariturus quaternario circiter numero in fluxus, qualis, e. g. Sever. Angliæ, Rhenus, Albis, Havêla, Sala Germaniæ, ad 3. pedes longus, vermibus, carne, aliis piscibus etiam mortuis.

F e e e e 2

viditans, fertilis, quamvis frequens glanidis, lucii, lutræque præda, tarde crescens, subtus albus, aut albicans, ceterum virescens, cæruleo varius, aut flavus, punctis virescentibus, dorsum versus crebrioribus varius, carne exquisita.

Caput ex fusco virescens, oblongum, crassitie corporis, macula interdum alba rotunda in nucha notatum; oculi rotundi, parvi, iride flava nigro-punctata; os oblongum; dentium cartilagineorum conicorum series 12-20 horizontales, longitudinales, arcuatæ; spiraculorum primum & postremum reliquis minora; fistula in foveola; pinnæ dorsales ex flavo rubescentes, vel fuscae aurantio variæ; altera priore major, caudalis cærulescens.

fluviatilis. 2. P. pinna dorsali posteriore angulata. *En. suec.* 290. Müll. *prodr. zool. dan.* p. 37. n. 307.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 41. t. 88. f. 1. 2. Petromyzon ordine dentium unico.

Art. gen. 64. *syn.* 89. *spec.* 99. Petromyzon ordine denticulorum minimorum in limbo oris præter inferiores majores.

Gron. mus. 1. n. 144. *zoo-ph.* 159. *Klein miss. pisc.* 3. p. 29. n. 1. t. 1. f. 3. *Kramer el.* p. 383. n. 1. Petromyzon.

Plin. hist. mund. l. 9. c. 17. Mustela.

Bellon. aq. p. 75. Mustela fluviatilis.

Gesn. ic. anim. p. 326. Lampreda.

Gesn. aq. p. 597. Lampetræ alterum genus.

Salv. aquat. p. 62. Lampetra subcinerea maculis carens.

Aldrov. pisc. p. 587. *Jonst. pisc.* p. 104. t. 28. f. 11. Lampetra fluviatilis Gesneri.

Petromyzonez fugeuda ore tenacissime adherent scopulis aliisque corporibus, lubrica, mucò obducti, anguillam forma simulantés, vitæ tenacissimi, veribus, insectis, junioribus piscibus, mortuis quoque animalibus eorumque partibus viditans, ventre angusto longâ, ano caudâ pinnatâ vicino, pinnis dorsi duabus, foraminibus circa oculos pluribus, lingua dura, semilunari, dentibus serratis aspera gaudent; canalis cibarius illis rectus; respirationis organon branchiis similius quam pulmonibus; constat scilicet 7 utrinque sacculis ellipticis, singulis cum suo spiraculo continuis, inter se non coherentibus, quamvis obliquo ductu anteriorum sibi invicem appositis, membrânâ rubrâ plicatâ superextensâ involutis.

PISCES CHONDROPTERYGII. Petromyzon. 1515

Will. ichth. p. 106. t. G. 2. f. 1. G. 3. f. 1. *Raj. pisc.* p. 25. Lampetræ medium genus.

Kampff. jap. 1. t. 21. Jaatz me unagi.

Fermin Surin. p. 85. Lamproie.

Brit. zool. 3. p. 60, n. 2. Lesser Lambrey.

Habitat in Europæ, Japoniæ, australis America lacubus, vere in fluvios adscendens ova pariturus, quæ Martio & Aprilis ad ripas inter saxa dimittit, autumno in lacus redit, fertilis, crebra glanidis præda, 12-15 pollices longus, lineis undulatis transversis variis, supra nigricans, ad altera flavicans subtus albidus.

Caput virescens; pone seriem dentium minorum dentes majores subtus 7 connati, supra 2 distantes; oculi parvi, iride aurea; versus caput lineæ lateralis vestigium; pinna violaceæ.

branchia- 3. P. pinna dorsali posteriore lineari, labio oris posteriore
lis. latere lobato. *Fn. succ.* 292. *Wulff. ichth. bor.* p. 15. n. 20. *Müll. prodr. zool. dan.* p. 37. n. 307. b. *Kram. el.* p. 483.

Art. gen. 42. *syn.* 90. Petromyzon corpore annuloso, appendicibus utrinque 2 in margine oris.

Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 45. n. 3. t. 86. f. 2. Petromyzon corpore annulato, ore lobato.

Gron. zooph. 160. *Klein miss. pisc.* 3. p. 30. n. 4. Petromyzon.

Bellon. aq. p. 75. Mustela fluviatilis minor.

Aldrov. pisc. p. 539. Lampetra minima.

Will. ichth. t. g. 3. f. 11. Lampetra cæca.

Jonst. pisc. t. 28. f. 10. Lampreda, Neunauge.

Gesn. aquat. p. 589. Lampetra parva & fluviatilis.

Rondel. pisc. 2. p. 202. Lamproyon & Lamprillon.

Will. ichth. p. 104. *Raj. pisc.* p. 35. Lampern or pride of the Isis.

Brit. zool. 3. p. 61. n. 3. Plot *Oxfordsh.* p. 182. t. 10. Pride.

Habitat in Europæ aquarum dulcium puriorum fundo, vermibus insectisque aquaticis victitans, 6-7 pollices longus,

teres, utroque sine attenuatus, annulatus, supra virescens, ad latera fulvescens, subtus albus.

Os edentulum; pinnæ vix lineam latæ.

Planeri. 4. *P. corpore annulato, ore papilloso. Bloch Fisch. Deutschl. 3. p. 47. n. 4. t. 88. f. 3.*

Habitat in Thuringiæ rivis, branchiali crassior & longior, olivaceus.

Pone oris limbum papillis acutis asper; dentium series solitaria, & pone hanc dentes adhuc alii connati; oculi iride flava; pectus robustius, quam congeneribus; pinnæ satis latæ; ad anum pedunculus conicus.



